



# In epistolam ad Romanos Andreae Knopken Costerinensis interpretatio, Rigae apud Liuonios prälecta, ubi is pastorem agit ecclesiae

<https://hdl.handle.net/1874/452850>

# IN EPISTO

LAM AD ROMANOS ANDREAE  
KNOPKEN COSTERINEN

Sis interpretatio, Rigæ apud Liuo-  
nios prælecta, ubi is pastorem  
agit ecclesiæ.

NON VETEREM ADHIBETO LE  
ctor translationē, sed D. Erasmi, quæ iam omni-  
um ferè manibus gestatur, idcirco non cu-  
rauimus his adnotationibus ad-  
dendam.

**A**D LECTOREM IOAN<sup>N</sup>  
NES BUGENHAGIVS.  
POMERANVS.



OSCE Commentarios in epistola  
Pauli ad Romanos Ioannes Bruns ci-  
uis Rigen sis & ego obtulimus recto-  
ri Academie Vittenbergen. Philip-  
po Melanchthoni, rogantes ut si ipsi  
uidetur, liceret nobis eosdem in pu-  
blicū ædere. Respondit ille nobis primū, in ijs locis quos  
obiter in his uidit commentariis sibi nihil uideri quod à  
uera theologia esset alienum. Vbi uero audiuit, mihi ab  
ipso autore per literas ad me datas demadatam esse  
provincia, ut hæc mea cura æderentur, datamq; autori-  
tatem mihi auferendi, adjiciendi & immutandi, si alicubi  
necessarium fore iudicarem, haud grauatum ædendi no-  
bis permisit potestatem. Proinde unum hoc te non lateat  
optime lector, nempe si quandoq; hic aliquid tributum ui-  
deris illorum sententijs, qui ad integrum Pauli non po-  
tuerunt assequi sententiam, non esse sine iudicio tributū.  
Expediebat autori, ut dum publice hanc epistolā apud  
Liuonios Rige interpretaretur, ubi nondum aliquod si-  
mile tentatum fuerat, numero etiam, quod dicitur pugna-  
ret. Habuit quidem frequentes auditores, sed ex ijs tamen

2

men aliquos infirmiores, apud quos minus ualuerit, nisi  
aliquando etiam aliorum sententiam indicasset. **A**eq; ta-  
men ac uos non ignorat maledictum esse quicquid homi-  
nes utcūq; sancti sentiunt diuinis uerbis & literis diuer-  
sum. **N**eq; hic unquam citatum inuenies quod literis sa-  
cris non probatur. **O**mnia uero spirituali oculo committi-  
mus examinanda, necesse est enim probare spiritus num  
ex deo sunt. **A**t tu, quisquis es, per deum eruditus, studia-  
um illorum, qui rei Euangelicae bene uolunt, boni consu-  
le, que enim tu robustior minora ducis, fortasse prode-  
runt in Christo nondum grandaeuis, & istorum que  
emittimus magna pars hinc ad Liuonios aue-  
hetur, qui ista cupierunt, & iam pridem  
multi ex illis suis haec manibus de-  
scripserunt. **V**ale. Ex Vuit-  
teberga M. D. XXIII.

in die carnifriuij,  
utinam potius  
per Christi  
spiritum carnis  
adfectibus quam  
carnium esu priuare  
mur,

De laudi

A 2

**D**E LAUDIBVS DIVI PAVLI  
PRAELECTIO.



ORIS EST APVD AR<sup>s</sup>  
ium humanarum, hoc est, humano in-  
genio inuentarū professores, ut eos  
quorum scripta enarranda suscep-  
rint, primum laudibus uechant, quo au-  
ditores, & auscultando sint promptiores, et doctrinam  
auditam sensibus profundioribus abdant, Id, quod in di-  
uo Apostolo opus non est, quippe quem toties diuino, et  
mendacij nescio ore commendatum legimus, ut Acto. 9.  
Organum, inquit, dominus, electum mihi iste est, ut por-  
Comen tet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Isra-  
datio di ēl, Felix Tharsensis cui tali contigit ore laudari. Et ibi-  
uina de dem c. 13. Ex omni omnium discipulorum numero solus  
diuo ad Euangelium ebuccinandum seligitur, quippe qui non  
Paulo. esset cauponaturus uerbum domini, sed sincere, & qua-  
si in dei conspectu prædicaturus. Sic enim habet scriptu-  
ra: quia ministrantibus illis domino, dixit spiritus sanctus, se-  
gregate mihi Barnabam, & Saulum in opus, ad quod as-  
sumpsi eos. Hinc se complusculis in locis ex utero matris  
suae, à deo segregatū dicit in Euangeliū filij eius. Et Act.  
14. Dux uerbi diuini dicitur. Et Act. 22. præ ceteris gen-  
tiū Apostolus ordinatur. Ita enī habet scriptura: Festina,  
inquit ei oranti in templo dominus, uelociter exire Hie-  
rosolymis

AND. KNOP. PRAELECTIO. S

ro solymis, quoniam non recipient uerbum tuum de me, uade ergo quoniam ego procul ad gentes mittam te. His & huiusmodi testimonij diuinis fretus, confidenter se audet genitum Apostolū non uno in loco, profiteri, ut Ro. 11. Et 1. Timo. 2. Ut diuus Pet. posterioris suæ c. ult. huc in modum.

Apostolū attollit. Quemadmodum, inquit, dilectus frater noster Paulus, iuxta datam sibi sapientia scripsit uobis etiam in oībus fermè epistolis suis, &c. Ad hæc si quid ualent hominū cōmendationes D. Hiero. in Apolo. ad Pam.

Quoties, inquit, Paulum lego, uide or mihi non uerba audi= re, sed tonitrua, & post pauca: Videntur in ea quædam uerba simplicia, & quasi innocentis hominis, ac rusticani & qui nec facere nec declinare nouit insidias, sed quo=cunq; respexeris, fulmina sunt, hæret in causa, capit omne quod tetigerit, tergū uertit, ut superet, fugā simulat, ut occidat. Philippus Melanchton in adhort. ad Paulinā

philosophiam ait: Redemptionis nostræ gratiam, ad eoq; Christum ipsum ignoraremus si Paulum orbi terrarū de= us inuidisset. Neq; enim Christum nouisse est historiæ re= rum gestarū ab eo tenerc, sed agnoscere ingentia benefi= tia, quæ per ipsum, in orbem terrarū ducus Opt. Max. effu= dit spiritum scilicet, & absolutæ probitatis authore, et ar= rabonē gratiæ, quæ ante hac nesciebat mortalitas. Frustra diuinis legibus autem deuoueris, nisi Christum esse Paulo rū, quæ lege iubentur, deinde, et qui, si quid præter lege

IN EPISTOLAM PAVLI AD R.O.

imbecillitate humana deliqueris, ignoscat. Et iterū. Satis amplum fructum feceris, si eum uel à limine salutaueris. Nam quod ad confirmandas & solidandas conscientias atmet, nemo Paulo praeferendus est. Item Periclis orationē aiunt, solitam in auditorū animis, tenaces quosdam aculeos relinquere, huius dici non potest, ut flectat, ut ueritat, ut rapiat, inflāmet le gentis animū. Dolet conscientia, cōsolatur, solicitat cupiditas genialis, uocat in uiam, retinet ne freна relaxes egrediendi animo, illū ipsum ostentat Christum qui seruet, deniq; quicquid morborum animū fatigat, ab hoc pete præsentaneū remedium. Item Erasmus Rotere damus in epistola ad Erhardum episcopum

- Act. 18. Leodicensem. Corarius pontifex peripsema mundi, sed  
1. Cor. 4. electum Christi organum, cuius humili sublimitate & fa-  
cunda infantia, atq; eloquenti balbutie, suum nomen uo-  
luit, per superstitionem Iudeam, per eruditissimam Græ-  
ciam, per regnum omnium reginam Romanam, illustra-  
ri. In quem uere competit, quod olim in Periclem, ni fal-  
lor, dictum est, fulgurat, tonat, ac miscet, non Græciam  
modo, quemadmodū ille, uerum etiam uniuersum terra-  
rum orbem. Sed quid opus est hominum commendatione-  
bus, quem scrutator cordium deus commendauit. Quen-  
t. Rom. 2. autem ille commenda ueritatem, is demū probatus, ut ipse ait  
z. Co. 10. apostolus. Proinde hæc super apostoli commendatio-  
nes satis sunt.

Argumen

## ARGVMENTVM EPISTOLAE.



Argumentum uberius contexuit Erasmus.  
pressius autē est huiusmodi, Nempe quod  
et Iudeos, & gentes, qui sub fidem Chri-  
sti in Christianismum coierant docet esse  
diuinae legis praevaricatores. Nec Iudeis profuisse le-  
gem scriptam, nec gentibus legem mentibus humanis di-  
uinitus insculptam, quam naturae uocant, sed utrosque ef-  
se coram deo reos, id quod facit multis scripturarum te-  
simonijs. Deinde utrisque proponit per fidem iustifica-  
torem Christum, qui est finis, id est, perfectio legis ad iu-  
stitiam omni credenti, qui ex peccata donat ex spiritum  
iustificantem imparit, qui affectus nostros immutat, ut  
efficiamus noua cratula, & simus non tantum operibus  
iusti, in oculis hominum, quod lex extorquet, sed etiam  
intus mente ex affectibus, quos deus scrutatur, quod so-  
lus spiritus Christi facit, qui, in quos insilierit, transfor-  
mat in nouos homines, quemadmodum ait Samuel Sauli.  
Proinde quamvis per solam in Christo fidem iusti simus 1.Rc.10.  
in oculis dei, nec opera conferant iustitiam, ex quibus  
non iustificabitur ulla caro coram deo, tamen quia ad= R.0.3.  
huc carne grauati sumus impura, & vindicatur iustifica-  
tio, donec mortale hoc induerit immortalitatem, Do = 1.Cor.15.  
et postremo ut eam honestis studijs menti subijciamus.

## IN EPISTOLAM AD ROMANOS

Et ne putemus gratiæ dei prædicationem à bonis operibus cessationem, & ita libertatem nostram, qua Christus

**Gal. 5.** nos liberauit, mutemus in occasionem carni, ut eam faci-

**1. Pe. 2.** amus nobis uelamen malitiæ, moralem locum uarie tra-

ctat. Sub finem monet tolerandos infirmos, ac superstiti-

**Eph. 4.** osulos, donec & ipsi adolescent in Christo in uirum per-

fectum. Scripta est Epistola ex Corintho urbe Achæa,

per Phœben foeminam Cenchreensem Romam missa ab

Apostolo. Tuetur autem & attollit in hac epistola potis-

simū, quæ admodū & illa ad Galatas, cōtra oparios pha-

risiacos, fidei, id est, consequendæ salutis fiduciam

in Christum, gloriam, ostendens illam solam

iustificare. Opera autem iustificatorum,

hoc est, bonæ arboris esse fructus,

citra fidem autem peccata es-

se, quantumvis speciosa

& magnifica sint

in oculis hominum.

**Quia** quicquid non

est ex fide, peccatum est,

& sine ea placere nemo po-

test deo.

**Math. 12.**

**Rom. 12.**

**Hebr. 11.**

C A P V T . I.



A V L V S

S E R V V S I E S V C H R I S T I .

**P**EPIGRAPHI est, hoc est, Epistola inscriptio, constans suæ autoritatis cōmendatione, & eorū ad quos scribit **T**ripplex pietatis, magis aut Christi & Euāgelij laudibus. **P**AV = opinio LVS, De noīe Pauli multa à multis dicuntur. Nā nonnul de noīe li inter quos Hiero. in cōmentario Epistolæ ad Philemō. Pauli. nē putat cū à Sergio Paulo proconsule, uiro prudente, **A**ct.13. quē Paulus Christo lucrificit, appellationē trahere, sed hos acta apostolica conuincūt, quæ haud obscure indicat Paulinomē Apostolo fuisse anteq ille Christū agnosceret. Alij binominē cū putat fuisse, de quorū numero Origenes, quēadmodū Matthæus, qui & Leui dictus est, **V**e ro aut propius est, quod à Iudeis quidē hebræo nomine Saul vocatus sit, Gentile aut, & Rhomanū nomen assump̄ pserit, quod gentium esset Apostolus.

S E R V V S I E S V C H R I S T I .

**I**d est minister i. Cor. 5. statim aut in ipso exordio suū **P**aulus agit negociū. Nā cū se seruū dicit, significat se nō suum seruus. negociū agere, quemadmodū illi, qui uenbris caussa, sub uerbi dei pretextu, uulgus expilant, aut qui suæ gloriæ, & famæ pruriginem sectantur. Deinde cū subiicit **Iesu**

A s Christi,

**Ro. I.**

IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

Christi, excludit & Mosen, & omnes mortales, quorum  
Apostolus non uult haberi, quippe qui tantū terrena do-  
cere possunt. **Q**uē aut̄ deus misit, hic uerba dei loquitur.  
Insuper à deo missus Moses, id est, lex dicit quidem nos in  
peccati cognitione, reosq; nos agit, uerū peccatū nō do-  
nat, nec iustitiam confert. **V**trunq; aut̄ Christus præstat.

**I**oan. 1. **Q**uia lex p Mosen data est, gratia autē et ueritas per Ie-  
sum Christū facta est. Deinde cū adiçit Clitos, id est, uo-  
catus, & meritum suū excludit, et germanū se significat

**H**ebr. 5. Apostolū, Iuxta illud: Nemo sibi sumat honorē, nisi quo-  
catur à deo tanq; Aarō. Itidē uocatos esse oportet, quot  
quot hoc mun⁹ obeūt, **V**ocātur aut̄ dū nō quæsita occasi-  
one, uel p Ecclesiā, uel ipsū deū, ad hoc mun⁹ feliḡitur.

CMVNVS APOSTOLICVM.

**A**póstolos latine interpretatur legatus, seu missus, in-  
xta illud: **Q**uō p̄d̄icabūt, n̄i m̄ittātur? **Q**uo nō ē libē-  
**R**om. 10. ter utitur Paulus, scilicet, ut cōsciētiae nostræ certae sint,  
nos ex eo nō bōis, sed dei uerbū audire, quo sanātur mē-  
tes nostræ sicut scriptū est: Misit uerbū suum & sanavit  
eos. hinc alibi: Pro Christo, inquit, legatione fungimur, et

**2. Cor. 5.** ipse dominus: **Q**ui, inquit, uos audit, me audit. **O**b id ad

**L**uca. 10. Tessa. laudat quod accep̄isset p̄d̄icationem suam, non  
ut uerbum hominis, sed, sicut uere est, uerbum dei.

CSEGR EGATVS.

**A**lludit ad factionē suā, quā in Iudaismo sectabatur,  
Nēpe qđ erat phariseus iuxta legē: **Q**ui sic appellaban-  
tur ab

AND. KNOP. INTERPRETATIO. 6.

tur ab hebraea uoce Phares, quod ob insigne uitæ sancti Phil. 3.  
monia, et doctrinæ, semoti, sc̄patiq; haberí, à uulgo uel-  
lent. Cœpit igitur uere eſe in Christo, quod nōne tantum  
erat iniudicatio. Nē pc semotus à lege, ad Euangeliū á  
Mose ad Christum, à fiducia operum, ad fidei gratiam.

Pharisei

IN EVANGELIUM DEI.

**O**bserua hic munus functionis apostolicæ, et eorum Mar. ult.  
qui succedunt Apostolis, quod cī dominus iniungit, præ Ioa. ulti.  
dicate, inquies, Euāgeliū oī creature. Et Petro, ter amo-  
rē professo, pāſce, inquit, agnos meos. **VANGELION** Euāgeliū.  
aut, apud Græcos, promiscuā habet significationē. Pro fe-  
lici nūcio ac præcone rerū bene gestarū, et pro præmio,  
quod datur felicia nūciantibus. Priori mō hic accipiendū  
est. Quid enī lētius, aut iucūdius auditui, quā dei filiū in Esa. 53.  
terras delapsū pro nostris sceleribus expiandis, occubuis-  
se, ac hostiā oībus seculis cōsummatā, se obtulisse, cœlum  
aperuisse, et arrabonē spūm suū nobis, præstare credenti b9.  
**O**bseruabis aut, q̄ iter Euāgeliū, id est, inter promis-  
siones diuinās, et legē, id est, precepta intersit. Nā his du-  
ob9 toti9 scripturæ sumā cōprehenditur. Lex tanq exa-  
ctor extorquet, sāc hoc, et hoc alioq dānaberis, et ita nos  
sēp reos agit, q̄a præcipit, qd' nr̄is conatib9 præstare nō  
possim⁹. Euāgeliū aut nihil, nisi fidē in Christum exigit. Act. 15.  
In quē, si te totū coniçcis iā iust⁹ es, Quia fide purificat z. Cor. 5.  
deus corda creditum. Lex dicit peccator es, despe- Gal 3.  
ra, damnare. Euāgeliū, crede in Christum et iam  
iustificat⁹.

In lege et euāgeliū qd' iustificat⁹.

## **Ro. I.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

iustificatus es, quia ille factus est pro nobis peccatum O  
maledictum, hoc est, hostia pro peccatis, & maledictis,  
ut nos essemus dei iustitia per illum, Et ut ille nobis cō-  
municaret, quicquid lex extorquere nō potuit, Lex di-  
cit fac, quod iubeo, Fides autē ex Euangelio cōcepta, da-  
dicit deo, quod iubet, Et quod lex minādo imperat, hoc  
Euāgeliū credendo impetrat. Tali autē fide predictus nō  
potest nō amasse deū, à quo tāta beneficia immeritus est

**Nota qd** consecutus. Proinde semper cauet, ne tā benignū paren-  
sit bene tē prudens offendat, & tali timore incipit operari bo-  
operari. nū, non coactus, sed libera charitate, & id demū est be-

**Euange** ne operari. Proinde Euāgeliū nihil exigit nisi fidem.  
lium ni = **Q**uē admodū ait dñs Io. 6. & mox subiungitur hic, quod.  
hil exi= est potentia dei &c. & alibi, uerbū ueritatis & salutis  
gere p̄r nostrā illud uocat, quod solū ex corde, & uere nos bo-  
ter fidē. nos reddit. **Q**ū lex, id est, p̄cepta uel desperare cogāt,  
Opera si uel in operū externorū hypocrisī adigāt. Opera autē  
ne affecti sine affectibus falsam iustitię p̄suasionē, & inflationem,  
bus. in corde, nobis erigūt, & ita resistere deū nobis faciūt.

**Fides.** Econtrario fides iustitiā suā pro stercore ducēs, miseria  
**Philip. 3.** cordiā semp suspirat, & ob id consequitur gratiam, quia  
deus superbis resistit. & esurientes implet bonis.

**D**EI. dei autē addit, ne de promissorū magnitudine diffi-  
damus, ut est humana fragilitas meticuloſa.

**P**ER PROPHE T A S.

**C**obserua ex hoc loco Euāgeliū nō tantū id esse, quod  
nobis pro

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.



nobis prodiderūt Euangelistæ, & Apostoli, sed Euangeliū esse in scripturis, quicquid usq[ue] est diuinarū promis-  
sionū, quas per filium suum credentibus præstigit deus.  
**I**contrario legem quicquid exactionē sonat, **Q**uemadmodū illa sunt, quæ dominus Matthæi 5.6.7. capitibus, legem interpretans, terribiliter cōminatur. Lex nos ipsos nobis ob oculos ponit, ut desperantes de conatu & iustitia nostra ardenter Christi gratiā amplectamur, **Q**uā si **H**iere. 31. sitis, & esuris iam habes spiritū iustificantem, purgantē, & nouos affectus largientē. **I**t ita Lex pedagog⁹ nō **C**al. 3. ster est ad Christū. **A**n nō Euangeliū, id est, lœiū, felixq[ue]; nunc iū, quod per ipsum legislatorē dicitur. **D**ominator **N**ume. 14 dominus, misericors & clemens, patiens, & multæ miserationis, &c. & propitius ero iniquitatibus eorū, & pecatorum eorū nō recordabor amplius, **I**t parcam eis, sicut parcit uir filio suo seruienti sibi. **I**contrario an non Lex quod ait dominus? Qui dicit fratri suo fatue &c.

## G E N I T V S.

**A**mbrosius & uetus interpres factus legunt, quod nō multum dissonat, modo factus est, pro, esse cœpit accipi-  
amus. Is enim, qui semper erat deus, homo esse cœpit, sicut scriptum est: **V**erbum caro factum est.

## S E M I N E D A V I D.

**I**oan. 1:

**I**uxta illud psalmi. **T**urauit dominus Dauid ueritatem, **P**sal. 131. &c. Et cum dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum

# Ro. I. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

Esa. 9. regnum eius, et stabiliam thronum eius usq; in sempia  
ternum. Et Esa. Super solium Dauid, et super regnum eius  
sedebit &c. Luce. 1. Dabit, inquit, angelus illi dominus  
Matth. 21 deus sedem Dauid &c. Et pueri in solenni illa acclama-  
Ossiana. tione. Ossiana, id est, bene commoda, et prosperitatem  
2. Tim. 2. imparti filio Dauid, Et memento Iesum Christum resur-  
rexisse a mortuis ex semine Dauid.

## C V M P O T E N T I A.

Nota ge Christi geminā in eodē hypostasi naturā, adeoq; totiq;  
minam Euangelijs summā, Nepe Christū uerū esse deū, qui et ser-  
Cristi nā uare, et beare ualeat, hōtemq;, qui in lucē uite pie coeli-  
turam. tuus descenderit mortalibus, mira uerborum emphasi de-  
scribit. Caro et eius infirmitas declarant cū hominē fuī-  
se ex semine Dauid, qui et mori potuit, et pro peccatis  
nostris satisfacere, naturamq; deo inse reconciliare. Po-  
tentia autē miraculorū, spūs oīa sanctificans, quē tanquam  
1. Cor. 15 deus, ac dei filius apostolis, et oībus imparit fidelibus, et  
præcipue q; suapte uirtute, ex mortuis primus reuixit,  
idq; nō uni sibi, sed toti humanae naturae. Sicut enim per  
hōtem mors, et c. Hec inquā uere declarat cū deū esse,  
spūs san qui et peccatū abolere, iustificare, spūm communicare,  
etificatio seruare, beatitudinē, adeoq; ad eā omnia necessaria, uas-  
nis pro leat præstare, ut nihil extra eū desideremus. Spiritus ali-  
spū san tē sanctificationis pro spū sanctificante dictum est more  
etificātē. hebreis, et uiris apostolicis familiari, sicut filius perditio-  
nis, pro filio pdito, ciuitas sanctitatis, pro ciuitate sancta.  
Gratiam

## GRATIAM.

**G**rā pro quo in græcis est, Charis paulinū est uocabu-  
lū, interdū significās beneficiū, quod gratuito cōfertur,  
ut hoc loco, nōnunquā fauorē, ut infra, grā uobis et pax.

## UT OBEDIATVR FIDEI.

**V**ide ad quid prædicandū mihi sint apostoli. Nempe  
ut obediatur fidei, id est, ut grato animo beneficiū cōple-  
ctamur, quod p Christū cœlestis pater nobis cōtulit, nec  
id curiosis miraculis, ut Iudei, qui signa petūt, nec huma 1. Cor. 1.  
nis rationibus, ut Græci, qui sapientiā querūt, sed simpli-  
ci obediētia, et grata mēte cōpleteamur promissiōes dei,  
p fidē in Christū, ut spes salutis nostræ sit in deo, qui falle Rom. 3.  
re nō nouit, et nō in opibus, et iustitijs nostris ex quib⁹ Gal. 2.  
nemo iustificatur. It sane grā deo, qui nō potuit firmius  
salutis fundamētū ponere, quā seipſū, hinc Apostol⁹ pub-  
lice, et p domos quotidie in deū resipiscētiā, et fidē in Act. 20.  
dominiū Iesū ait sc̄ testificatū esse. Huic fidei reluctātur  
operarij, qui suis meritis regnū dei expugnare uolūt, id  
circō reluctātur Euāgelicæ gratiæ, stulto zelo, nolūtq;  
lumē gratiæ Christū, suo affectu, et iudicio carnis præua-  
lere, It ita se putatēs pro deo agere, contra deū agunt,  
stulto zelo, quemadmodum de iudæis ait Apostolus. Rom. 10.

## VOCATI.

**V**ocatiōis uocabulū frequēt̄ est in scripturis, pro qua-  
cung; occasione quæ alicui obuenit non qua sita, aut  
sperata, quemadmodum salus per fidem, in Christum,  
gentibus

**Ro. I.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.  
gentibus per Apostolos est prædicata, quam sibi soli iudei pollicebantur.

**DILECTIS DEI.**

**C**onmē iustitiam nostrā adeoq; & meritū operū nostrō  
rum deus praeuenit, ut hic est cernere, qui diligit nos an-  
**i. Ioan. 4** tequām eū agnoscamus. Ipse, inquit, Ioan. prior dilexit  
nos, & misit filium suū, propitiationē pro peccatis no-  
**Contra** stris, **ut** quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Non ergo  
**operarios** oportet opinari quod nostris studijs ualeamus deū uobis  
nota. propitiū reddere per opera, quē per fidē propitiū ag-  
noscerē oportet, & demū in fide operari, ut oīa sint gra-  
tiae dei praeuenientis, non nostrae uirtutis merentis, Nam  
buccinatores operum non est agnitus in extremo illo  
examine. Est ergo locus contra operarios.

**SANTIS.**

**Sancti** **C**sancti dicuntur & sunt, in Christo renati & ueteri  
adamo exēcti, ac in sanctissimi sanctissima corporis Christi  
membra adoptati. Quid enī sanctius Christo, & corpore  
eius Ecclesia? hinc est articulus ille fidei: Sanctā ecclesiā  
catholicā. Certissimos igitur nos esse oportet, quod ha-  
beamus deū patrē in oībus propitiū, cum eius promissio-  
nes, omnia sanctificantes, earūq; signa simus consecuti.  
Proinde licet necdū simus toti à peccato iustificati, sed  
sentiamus adhuc luctantem, in nobis cū spiritu, carnē,  
intus tamen per fidē Christo iuncti sumus, qui promisit no-  
bis et iustificationē, et salutē. Qui, inquit, crediderit &c.  
Huic pro-

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

9

Huic promissioni inherentes, ac in ea quotidie fidē alienates, in dies iustificamur & morimur peccato, ut iustitiae uiuamus. Ut tandem baptismus noster in morte cōpleatur, quādo prorsus peccatū & concupiscentia eius, in mēbris nostris morietur, & erimus toti noua creatura: interim nō mē habem⁹ sanctorū, sicut parvulus dominiū. Hæres qui dē ille est oīm, sed nō differt à seruo, donec ad maturā ætā tē adoleuerit. Ita et nos in curā quidē sumus assūpti à coelessi medico, & de sanitate certi sumus, licet nec dū toti simus sani. Proinde si quādo in uitiū plabimur p̄ resipiscētiā protinus ad baptismi promissionē est redeundum, do= nec, ut iā dictū est, ille in morte compleatur: interim nos in uitæ nouitate ambulare oportet, ut ait apostolus. Proī de uiderint quid sanctimoniae nobis supaddere poterit unctiōibus suis exterius nōnulli, qui spiritu dei, oīa sancti ficiāte, in baptismo sumus uncti. Haec tenus aut̄ inscriptio.

Ro. 6.

## GRATIA VOBIS ET PAX.

Hec duo semper solet Paulus precari fidelibus. Gratiā pacem. Ist autem gratia non facta quædā in corde nostro, quiescens charitas, aut qualitas animæ infusa, ut scholastici somniant, sed cognitio misericordiæ & benn̄ gnitatis diuinæ, ac uoluntatis illius, qua nostri misertus est, in ipso deo locum habens, quam nobis, per spiritum 1. Cor. 2. suum etiam profunda deiscurantem, reuelat, Ipse enim Ro. 8. testimoniu⁹ perhibet spiritui nostro, quod sumus filij dei, 10. 20. qui donum dei est, cuius opera in cordibus nostris sunt

B iustitia

# **Ro. I.** IN EPISTOLAM AD ROM.

iustitia, pax, fides, &c. Quemadmodum qui in dignatio-  
ne est principis alicuius non dicit quod intrare habeat ali-  
quid positum, quod gratiam principis uocet, sed bonum  
fauorem, quem signis, aut uerbis, ex principe cognouit,  
gratiam uocat. Eodem modo spiritus sanctus dei donum,  
per fidem conceptus, dictat, quod deum habeamus clemen-  
tem patrem per Christum, nec sicut existimabamus, qualiterque  
nobis dictat conscientia iratus. Ex hac autem cognitione

**Pax.** nascitur pax, id est, conscientiae tranquillitas, quam oes-  
querunt, soli diuinis promissionibus credentes inueni-  
unt, quemadmodum infra, iustificati igitur fide, pacem

**Ro. 5.** habemus a deo. Hec est illa beata tranquillitas, que est

**Pro. 15** quasi iuge coniunctionis, a deoque et ipse spiritus sanctus cla-  
mans in cordibus nostris: Abba pater. Hanc consecuti ex  
libera charitate, ipsiusque spiritus ductu, eo per impetum  
rapiuntur ad bona facienda, quo per concupiscentiam  
ad mala rapimur. De hac pace est semper intelligenda

**Esa. 9** scriptura, toties mentionem faciens, Ut pacis non erit fi-

**Psal. 71.** nis, At orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pa-

**Psal. 124** cis, et pax super Israe. Nam in mundo tantum pressu-

**Ioan. 15.** ram habemus, cum militia sit uita hominis super terram. At

**Iob. 7.** interna, quae omnem sensum superat, etiam in medijs afflitti

**Phil. 4.** onibus consolatur credentes. In summa, Gratia nihil ali-  
ud est, nisi condonatio seu remissio peccati, quod dei donum,  
ipse spiritus sanctus regeneras, et sanctificas corda cre-  
denti, sequitur, Uxtra illud: Emittite spirituum tuum et erubebutur.

Patre

AND. KNOP. INTERPRETATIO. 10

**PATRE NOSTRO.**

Dei nomen non audit natura sine maximo horrore et  
pauore, ut puta quem scit sibi propter mandati praeuari-  
cationem infensum. **D**circo Apostolus dei nomini, patris  
nomen subiungit, quo nullum est dulcius conscientijs, dif-  
fidentia laborantibus.

**PRIMVM QVIDEM.**

Hæc est narratio, qua primum gratias agit deo, sed p  
Christum, docens uidelicet nihil patri gratum esse, quod  
Christus sacerdos in eternum non obtulerit illi. **O**b fidē  
autem Romanorum gratias agit, quemadmodum & pro  
Ephesiorum, quod ea sola sit medium, per quod dei gra- **Eph. 1.**  
tiam, adeoq; & Christum ipsum concipiamus. **T**x quibus  
discimus fidem dei esse donum, quemadmodum ad Phi-  
lip. ait. **V**obis datum est à deo, ut non tantum credatis in  
Christum, sed etiam ut pro illo patiamini.

**TESTIS EST MIHI DEVS.**

**V**t maius Romanorum erga se desiderium excitet, **phil.**,  
affectionatum, quo erga eos flagrabat, aperit, iureiu-  
rando deum testem citans. **V**erum cum dominus omnino **Mat. 5**,  
iurare prohibuerit, num Paulus præcepto domini satisfa- **2. Cor. 1.**  
cit, & hoc loco, & alijs plcrisq; iurans? **P**ro quo scienciam **Gal. 1.**  
dum, iuramenti religionem in eo esse, quod deus uerax **Iurameti**  
est, ita & nos uerum uel polliceamur, uel dicamus. **P**ro religio-  
nde ob dei gloriam uel proximi salutem, aut etiam no-  
stram ipsius iurare, nihil officit. **S**ic Paulus aliquoties

B = iurauit

**Ro. 1.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.  
iurauit in suis Epistolis. Referebat enim gloriae dei bene  
sentire de Paulo gentes & iudeos, cuius legatione ille  
fungebatur. Sic et prophetæ iurarunt, quia refert glo-  
riae dei & nostræ salutis credere uaticinijs illius.

**Q**UÆM COLO SPIRITV MEO.

**T**er spiritu deo seruendum est, non in uestibus, caluitio,  
aut escarum delectu, quemadmodum faciunt hypocrite.  
**Luc. 17.** Quia regnum dei intra nos est, Deus est spiritus, & spi-  
**Ioan. 4.** ritu uult adorari, & coli, ut ait dominus ad Samaritidem,  
**Phil. 3.** Hinc alibi Apostolus: Nos, inquit, sumus circumcisio, qui  
spiritu seruimus deo, Deinde subiungit, in Euangelio  
Euageli- filij, Euangeliū ut dictum est, potissimum respicit diuinas  
um quid promissiones. Proinde deo in Euangelio filij eius serui-  
respiciat mus, dum promissiones per filium nobis factas exemplo  
beatisenit, grata, & indubitate fide amplectimur, Hoc  
est enim opus dei, ut credamus in cū quem ille misit. Ser-  
uimus & deo in Euangelio, dum illud fratribus nostris  
**Rom. 4.** ignorantibus communicamus. Non uult enim dominus  
**Ioan. 6.** talentum uerbi sui, apud uos sine fructu esse, sed ut proxi-  
mum nostrum, per illud ei lucrificiamus, illudq; cum  
fœnore referamus.

**V**OLENTE DEO.

**A**nnota ex hoc loco, quomodo nulli certo operi,  
quantumuis sancto, nos oportet obstringi, præsertim in  
negocio Euangelico, ac ministerio uerbi, quemadmo-  
**Act. 15.** dum uetus est Apostolus in Asia loqui uerbum domini,  
in Macedonia

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

||

in Macedoniā etiam uisione monitus uenire , sed omne ,  
solicitudinem nostram in deū projcere , cui adeo curæ  
sumus , ut etiam capillos capitis nostri habeat numeratos 1. Pet. 5.  
Ergo oportet , ut occasionibus habitis consilium patris Luc. 12.  
noſtri diligēter uenemur , & reiecta cupiditate noſtra ,  
ſic nos comparemus , ut libenter ſequamur , quoctūq; nos  
uocauerit dominus , Et qui hoc animo , præditus eſt , ille  
quicquid in manus inciderit , uiriliter aggrediatur , & ad  
ſimilitudinem beatæ arboris , det fructum in tēpore ſuo .

## **DONVM SPIRITUAL E.**

**D**onū ſpirituale eſt , quod ſpiritum alit , ac fouet , illud **Donū ſpi**  
autem fides eſt , **Quemadmodū** & ſubiungens exponit rituale fi  
per mutuā fidem . Illa enim in abditissimo humani cordis des.  
ſecessu latet , quemadmodum ſcriptum eſt : **Corde credi-** Rom. 10.  
tur ad iuſtitiam . **Ridem autē** iam prius in illis commendat  
rat , quam nunc uult ſua præſentia conſirmare , ut ſi quid  
adhuc in illis deſideraretur , illud præſentes ex præſen-  
te agnoſceret , et ita mutuis ſe cōſolationibus ſubleuarēt .

## **PROPOSVERA M.**

**D**annota ut uerum ſit illud Prophetæ : **Cor hominis di-** Pro. 16.  
**ſponit uiam** , ſed domini eſt dirigeſſus eius . **Atq; id** Hiero. 10  
**iterum memineris** , quod paulo ante dictum eſt . **Nempe ut**  
**nihil humano impetu** , aut cōſilio , aut tua cupiditate , hoc  
eſt , non quaſitæ occaſionis oblatione , aggrediariſ . **No-**  
**net ergo hic locus expectandam eſſe uocationem .**

## **QVO FRVCTVM ALIQVEM.**

B 3 Silucra

**Ro. i** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO:

**T**u lucratur domino fratrem, quoties argutus, & mo<sup>r</sup>  
**M**atth. 18 nitus a nobis, resipuerit. **A**n non ingens fructus tam po-  
1. **T**hes. 2 pulosam urbem ad dominum cōuertere? **H**inc alibi: Quae  
ne uos ante dominum Iesum?

**G R A E C I S.**

**C**incolcat hoc ob Iudeos, qui Euangelij gratiam ad se  
solos putabant spectare, nec idolatras gentes in eius con-  
**A**ct. 10. sortium admittendas. In qua opinione et apostolos aliquā  
**G**raeci diu ipsos fuisse constat. **Q**uod Petrus Cornelium baptis-  
**B**arbari. zare noluit, nisi cœlesti uisione monitus. Grecos autem  
pro quibusuis gentibus humana philosophia instructas  
dicit, quemadmodū barbaros humanarū artium ignaros  
**T**urgebant enim Graeci humanis disciplinis, ac ceteras  
nationes tanquam barbaras, ac rudes præse fastidiebāt,  
**E**o autem tempore penè totus orbis, ob monarchiam Ro-  
manorum græce loquebatur. **N**am ob id Apostolus Ro-  
manis non latine sed græce scripsit.

**R V D I B V S E T E R V D I T I S.**

**E**uangelium non discernit inter rusticum Petrum,  
& Dionysium philosophum, **I**dem enim solam, ex sim-  
plici corde profectam, requirit, quemadmodū scriptum  
est: Domine oculi tui respiciūt fidē, nō scientiā inflantem.

**D E B I T O R S V M.**

**V**el hic uide Apostolorum, & eorum successorum  
officium ministerium esse, nō dominium, quemadmodum  
alibi. Sic

## AND. KNOP. INTERPRETATIO. 12

alibi: Sic, inquit, nos existimet homo, ut ministros Christi,  
Proinde Ecclesiæ magistratus omnibus debet. 1. Cor. 4.

### **C**ONON ENIM ME PVDET.

Minutulares, immo ridicula uidetur prædicatio Eu-  
gelij in oculis incredulorum, præsertim sapientium, ac  
potentium huius mundi, quales tunc erant Romani. Ne-  
pe quod cius nomine prædicatur peccatorum remissio,  
qui ipse perinde atq; sceleratus in crucem sublatus est, et  
q; cius nomine salus ac uita annunciatur æterna, qui ipse  
morti crudelissime est addictus. Ridicula, inquam, res  
hæc uidetur in oculis incredulorum & stultitia, ut alibi  
ait, sed per eam deo placuit saluos facere credentes. vt 1. Cor. 1.  
in stultitia mundus agnoscat deum, quem in sapientia  
agnoscere non potuit. Proinde potentia dei est Euange-  
lium ad salutem præstandam creditibus, hinc ait: Nō me  
pudet &c. q. d. quantumuis leuiculum & minutulum ut  
deatur foris Euangelium, intustamen habet uirtutē con-  
ferendi spiritus, quod nec lex, nec humana philosophia  
potest. Et ipse dominus. Qui inquit, me erubuerit, & ser- Luc. 9.  
mones meos coram hominibus, huius pudebit & filium Mar. 8.  
hominis.

### **C**ONNI CREDENTI.

Fides principium est, & fundamentum iustificatio- Fides  
nis, sine qua impossibile est placere deo, & sine qua quic- Heb. 11.  
quid facimus peccatum est, immo ipsa est dei iustitia, id Ro. 14.  
est, per quam deus iustificat.

**Ro. 1.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO:

**C**IVD AEO SIMVL ET GRAECO.

**C**ub Iudeo & græco utrumq; complexus est populu iudaicum scilicet, & gentilem. Primo autem, annotante Erasmo, hoc loco significat potissimum, q; Iudeis promis sus sit Christus, ac salus ex illis prodierit. Græci autē præ cæteris gentibus sapientia erant illustres.

**C**IVSTITIA ENIM DEI patefit.

**A**cto. 13. **I**ustitia dei bifariam patefit, per Euangelium cum q; deum iustum declarat in promissis suis, dum præstat per Christū credentibus, quicquid olim patribus, & propheticis promiserat. Deinde dum gratis iustificat impiū, id est per solam fidem, sine omnibus operibus peccata donat, & iustitiam confert, ut non nitamur iusticie nostræ, quæ est tanquam pannus mulieris menstruo polluta, sed illi quam deus per Christum præstat, quemadmodum alibi ait. Ut inueniar in illo non habens iustitiam meam quæ est ex lege, sed illam quæ ex fide Iesu Christi.

**C**IX FIDE IN FIDEM.

**I**d est ex imperfecta fide ad perfectiorem. 2. Corinth. 3. à gloria in gloriam. Psal. 83. de uirtute in uirtutem. Subi de enim crescit per Euangelium fides nostra donec crescamus in uirū pfectū. Ephes. 4. Nō enim beati qui sati sunt, sed qui cœsuriūt et sitiunt iustitiā, quæ est per fidem.

**C**IVSTVS EX FIDE.

**C**isfariam potest exponi. Ut sit, iustus uicturus est ex fide, id est, consecuturus est uitam, non ob opera sua, sed quod

AND. KNOP. INTERPRETATIO.

sed quod credit promissionibus diuinis, deoq; non sibi  
nuitur, **V**el iustus non ex operibus ex quibus nemo iusti-  
ficatur coram deo, sed ex fide in Christum, qui est per se **Rom. 3.**  
filio legis, ad iustitiam omni credenti, is inquam iustus ui- **Rom. 10.**  
turus est, id est, uitam consecuturus. **Q**uiā sic deus di **Ioan. 3.**  
lexit mundum &c.

**C**PALAM FIT ENIM IRA dei.  
**Q**uite proditum Euangelium Christi, in solos Iudeos  
videbatur saeire diuina ultio quam hic ex consuetudine  
sermonis Hebraici, Iram uocat, **N**unc autem innescit ex **Ira.**  
Euangelij predicatione, deo ex aequo, omnes homines cu-  
re esse, eumq; uel impios, hoc est, sibi non fidentes timē-  
tes, colentes, amantes, dulciq; affectu erga se propensos  
(hec enim omnia impietatis uocabulum complectitur) impietas  
damnaturum, uel pios & fideles seruaturum.

**Q**VI V E R I T A T E M in iniustitia detinet.  
**S**entit Apostolus ueritatem dei à philosophis, adeoq;  
omnibus hominibus, cognitam quidem esse, quantum hu-  
mano ingenio sciri de ea potest, sed illi eam ad iniusti-  
tiam accommodarunt, dum deo, ob eam gratias non ege-  
runt, sed sibi tantum inde placebant, & apud se turge-  
bant ingenio ac industriae suæ tribuentes, quod deo ac- **Acto. 14,**  
ceptum ferri oportuit. **M**etuendum proinde & nobis, ne  
si deus gentes, q; se cognito gratias non egerunt, tradi-  
dit in mentem reprobā, ut monstrailla peccatorū patra-  
rent quæ infia recensem, si Iudeos tanta cæcitate percus-  
sionis sit, quod

# **Ro. i** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

**C**hristi sit, quod Christum tot seculis expectatum non recipere  
anorū ī- rent. **M**etuēdum inquam & nobis, ne forte & nos tanta  
pietatem cæcitate simus percussi, qui eum suscepimus, adeoq; pro-  
gentium fessum tam turpiter longo tempore reicimus, per uerbum  
lōge per suum abominatione desolationis in eius locum substituta.  
**A**git autem nunc apostolus primū contra gentes, ut posse  
nitiosio = quā sibi illas ob oculos posuerit, & reas coram deo ostē-  
derit, diuinæ gratiae per Christum fiant appetentiores.

## **Q**UOD DE DEO COGNOSCI POTEST.

**T**Ratio est superiorum. **D**eus enim quamvis per se  
incomprehensibilis sit, nec humanum ingenium, per se,  
ualeat ad eum pertingere, potest tamen ex mundo hoc  
tam mirifice condito, ac tot seculis administrato, q; sit

**D**sal. 18. agnoscit, Cœli enim enarrant gloriam dei. **E**c.

## **T**UTTI ENIM FACTI SVNT.

**T**hroughophi, ac mundi sapientes pollicebantur sibi  
supremam sapientiam, sed frustrati sunt optatis, dum rea-  
listo sapientiae fonte deo, & luce mundi Christo in phy-  
sicis, & mundanis uersutijs tantum nugati sunt, & negle-  
cto creatore Opt. Max. creature se tantū oblectarunt,  
cum in illis non consistere, sed per illas ad conditorē ip-  
sum usque progressum oporteat. **P**roinde cum se crede-  
rent sapientes stulti facti sunt, **A**n nō ingens stultitia in-

**E**sai. ultimā comprehensam, & immensam dei maiestatē, cui cœlum  
**Hie.** 23. sedes est, terra autē scabellum pedum eius, qui cœlum, &

**Esa.** 6. terram implet, cuius maiestate pleni sunt cœli, & terra,  
**Act.** 17. in quo

## AND. KNOP INTERPRETATIO.

lx.

in quo uiuimus, mouemur & sumus, eam inquam simula  
chro, & idolo, non tantum hominis morti obnoxij, uerū Attende  
etiam pecudum, & uolatilium credere comprehendri. amētiam  
similis amentia cœpit hodie eos, qui in diuersis locis, di seculorū  
uersos diuulos inuocāt, et mortuas imagunculas credūt nostrorū  
diuinæ gratiæ capaces, quam sola uiua, & ad dei imagi- de cultu  
nem condita mens, capere poterit humana, uide Sapien. diuulorū  
13. 14. et Baruch. 6. capitibus. Reuiter uero, ne cū Orige  
ne, & alijs in solos philosophos clamemus. Sapientia mū  
di est dum nō queris dei uoluntatē, sed sequeris tuā rati  
onem in rebus salutis, tuā bonā intentionē & id quod tibi  
rectū uidetur, quod prohibet lex. Hinc & hodie est oīs Mal. 3.  
illa idololatria, qua fidimus nostris operibus et iustitiæ cō  
tra primū præceptum, id quod est agere absq; fide. Hinc  
non mirū si et nos traditi sumus in reprobam mentem.

### **C**AVTAVERVNTQVE.

Non ita accipendum, q; reuera dei maiestatem in ima  
gunculam hominis ceterorum mutarint cum ille dicat:  
Ego dominus non mutor, sed q; aliter de ea senserint, ac  
oportebat, Cum illare corporea effungi non possit, sed  
pura mente sit contemplanda, & ueneranda.

### **C**IMMORTALIS DEI.

Deus solus natura immortalis est, cum uita sit. Hinc  
regem immortalem dicit eum alibi, solumq; eum habe= 1. Tim. 6  
re immortalitatem natura, quam angeli, & sancti ex 1. Tim. 3  
eius habent gratia.

Quapropter

**Ro. i.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

**Q**U A PROPTER TRADIDIT ILLOS.

**D**icitur hoc loco deus in fœdas cupiditates contem-  
ptores sui tradidisse, quemadmodū infra Pharaonem &  
excitasse, & indurasse. Simile in Psal. Et non audiuit po-  
**psal. 80.** pulus meus uocem meam, & Israel non intendit mihi, &  
dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in ad-  
iuventionibus suis, Annotabis etiam ex hoc Apostoli lo-  
Liberum co, quid ualeat liberum, quod aiunt arbitrium, nisi diuina  
arbitriū. ope fulciatur, Nempe peccare, & in omne turpitudinis  
genus prolabi. Ut uerissimum sit, quod dominus ait: Per  
**ose. 13.** ditio tua ex te Israel, tantum in me auxilium tuum.

**MENDACIO.**

**Gentes** **C**ensus est: Id quod uere deus est (quem nisi esse intel-  
mēdaces lexissent idola commenti non fuissent) tribuerunt homi-  
ni. **U**ncontrario quod non est deus, sed mendacium, qualia  
sunt simulachra, tribuerunt deo.

**Amen.**

**AMEN.**

**H**ebraica uox est, quæ significat id, qd' nobis uerū, &  
est acclamatiōis loco i fine precationū, ab ecclesia usurpa-  
**1. Cor. 14.** ta. Proinde precationes ecclesiasticas tales esse oportuit  
quibus uulgus **Amen** acclamare posset, ut docet Aposto-  
lus. **N**unc pauci sacrificuli, ijdemq; conducticij id faciunt  
perinde, ac si ipsi soli essent ecclesia, nec tamen septuaginta  
ipsi intelligentes, aut quid precentur aut ad quid respō-  
deant, sed tantū incondito & asinino boatu derudentes.  
**P**ius Hiero. ad Marcellam dicit, septuaginta hanc uocē  
reddere

## AND. KNOP. INTERPRETATIO. 15.

reddere græce, Genito, id est, fiat. Aquilam, Pepistome= nos, id est, fideliter.

**E**O PRAEMIVM QVOD OPORtet.

Grecce autore Eras. Antimythian, quod repensatio= nem sonat. Sunt enim quædam flagitia eiusmodi, ut non solum ipsa sint scelerata, uerum etiam scelerum pænae.

**T**UT DEVM AGNOSCERENT.

Cognoscere est intelligentis, agnoscere grati ac me= moris. Nam ingratus nouit beneficium, uerum dum dissi= mulat se debere, non agnoscit, autore Eras. Rot.

**T**IN REPROBAM MENTEM.

Reproba mens est, quæ bonum malum, & malum bo= num iudicat, honestum turpe, & econtrario, de quo Esa. Isa. 5. Vx qui dicitis bonum malum, & malum bonum ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.

## C A P V T II.

### VAPROPTER INEXCVSABI=

**P**rosequitur Apostolus argumentum qui cū uelit ubi=

q; fructum facere, atq; omnibus se debitorem exhibere, uerit se ad hypocritas iudeos, et ne gentes, quæ lege dū taxat, & dono naturæ abusæ, ac propter ea per tot por= tentia flagitorū delapsæ à resipiscendi, ac salutis fiducia deterrire uideatur, ostendit quoq; Iudeos legē scriptā sibi q; diuinitus data præuaricatos esse, promissiones q; ip= sius dei

**R. 2.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.  
suis dei, certiss. adeoq; & hereditario signo roboratae  
contemptui habuisse, legemq; ipsam esse quoddam spiritus  
tualc, viresq; humanas uincere.

**C**ONVI IUDICAS.

**C**on Non sic accipiendum est, quod omnis, qui indicet, sit  
coram deo inexcusabilis, alioq; quid est, q; dominus ait: No  
lite secundum faciem iudicare, sed iustū iudiciū iudicare.  
**I**oan. 8. Et magistratus constitues in oībus portis tuis &c. Sed q;  
inexcusabilis sit aliū iudicans, subiungens indicat. Nime  
**D**eut. 16. rū q; eadē facit flagitia, ob que aliū cōdemnat, facit inquā  
affectu, etiā si nō op̄e, uel qui assentitur his, qui ipsa sce  
lera cōmittūt, assentitur inquā affectu, opusq; externū ius  
dicās, putat se deo perinde atq; homini illudere posse.

**C**ONTEIPSVM CONDEMNAS.

**C**on De se sententiā pronūciat, qui alterū punit, ob ea que  
ipse cōmittit. **Q**uemadmodū scribæ & pharisei interrogati  
**M**atih. 21 gati à dño, qd factur⁹ esset dominus uincere sceleratis agri  
colis, seipso condemnarūt malos, iniquentes, male per  
det. **D**icit aut̄ hæc Apostolus, ut nos ipso nobis ob occi  
los ponat, adeoq; in nostri cognitionē adducat. Nempe  
coram deo nos innoxios non esse, etiam si prædicta flagi  
cia opere non cōmiserimus, si affectu ad ea sumus prop̄e  
si. **N**ā iuxta opus externū nō iudicabit nos dominus. Sunt  
autem affectu ad ea propensi omnes homines, quotquot  
gratia dei per spiritum fidei non eripiuntur.

**S**ECUNDVM VERITATEM.

Humanum

## AND. KNOP. INTERPRETATIO. 16.

**R**umanum iudicium multa fallunt, & corrumunt, ut  
munera, quæ excæcant oculos iudicum, & mutant cau-  
sam iustam: Item adulatio, personarumq; respectus. **D**ei **D**ei iudi-  
cium nihil fallit, qui non secundū uisionem oculū infal-  
litorum, nec iuxta aurium iudicium iudicat, sed iudicat in libile.  
iustitia, et equitate, ex abditissimis humani cordis affecti-  
bus, **V**t reus coram eo sit non tantum, qui malum fecerit, **M**ath. 5.  
sed & qui cuperit.

**S**VFFVGIES.  
**Q**uasi diceret minime, Scriptum est enim, **N**ō est, qui **D**eut. 30.  
manu mea possit eruere. **E**t omnes uos sisisti oportet ante **I**ob. 10.  
tribunal Christi, ut accipiat quisq; prout gesit in corpo **z. C**or. 5.  
re, siue bonum, siue malum.

**D**IVITIAS BONI.

**D**ivitiarum vocabulo delectatus est Paulus, utiturq;  
e frequenter, quoties ingentem rei copiam, & uim,  
uult intelligi.

**A**D POENITENTIAM.

**G**raeco est, Metanian, quod uerti poterat, Resipi= **M**etania  
scientiam, Nam Metanoim est resipiscere, quod post ad=  
missum scelus, sentiamus nos deliquerisse.

**I**N DIE IRAE

**T**ribus modis signauit diē domini formidabilē impijs.  
Ira, inquit, q; tum misericordiæ locus non erit, quam mo-  
do que situm oportuit. Iam enim tempus acceptabile, Iam **z. C**or. 6.  
dies salutis, **R**evelationis, id enim indicat, patesiet, quod **1. C**or. 4.  
omnia

## **Ro. 2. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.**

omnia nuda erunt, quæ nunc latent. Et iusti iudicij, quod  
recte pro cuiusq; meritis pronunciabitur

### **C IN BENEFA CIENDO.**

**E**x hoc loco, & Io. 5. procedent, qui bona fecerūt &c.  
**C**ontra argumentū sumunt operarij, sed scriptura non iuxta ex-  
operari- ternū specimen, sed operantis affectū metitur opera, quo  
os male ī nemo potest bonum facere, nisi ipse prior sit bonus, lu-  
terpretā xta illud: Arbor bona facit fructus bonos. Et ita opera no-  
tes scrip faciunt bonum, sed bonus facit bona opera. Boni autē effe-  
tuas. cimur per lauacrum regenerationis, & renouationis spi-  
Matth. 7 ritus sancti, quem effundit in nos opulente deus.

### **C SED OBTEM PERANT iniusticie.**

**C**oletest iniustitiā eam dicere, qua capite superiori o-  
mnia illa uiciorum portenta complexus est. Coletest & iniu-  
**I**njustitia. stitia incredulitas intelli gi illorum omnium fons & sub-  
stantia. Iniustitia enim est dei promissis diffidere, cum il-  
le iustificatur. id est, iustus fit in sermonibus suis, Econtra  
rio, Omnis homo mendax.

### **C INDIGNATIO.**

**C**annota exaggerationem diuin.e vindict.e in incredu-  
los. Deinde animam dixit, ut non tantum corpoream, sed  
& internam penam accipiamus.

### **C PERSONARVM RESPECTVS.**

**P**rosopo **C**in græco una est uox, annotante Eras. Prosopopisla  
lipsia. quæ significat, cum huic magis fauemus, quam illi non ob-  
rei, sed personæ discrimen. Id q; deus non facit, qui in-  
credulum

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

credulum iudeum non seruat, ob progenitorum prærogatiuum, nec credentem ethnicum aspernatnr, ob auorū idolatriam, quia filius non portabit iniquitatem patris. **Eze. 18.**  
**Q**UICUNQUE ENIM SINE LEGE.

**L**ex duplex est. Naturæ, que ex aequo omnium mentibus est insculpta, quæ est consiliū cōscientiae nostræ, plexa quo recta, naturali instinctu, monentur: sine hac nemo rationis cōpos est. Altera est scripta, & per Mosen p. Naturæ. q; autē iudeos, præter cæteros, tenebat obnoxios. **V**tra alio abripit affectuum tyrannis, quam leges monent. **H**anc autē le gum onus idcirco imposuit nobis deus, **V**t quo niam redempturus erat genus humanum, per legem nos metipso nobis ob oculos poneret, declararetq; quales esse oporteat, ut dum impares legis exactionibus nos agnoscimus, quæ est iugum importabile, feruentius, & libentius Christi gratiam amplectamur. **P**er autem Occupatio, qua respondet iudeis, legis diuinæ latæ ignorantiam causantibus.

## **T**IVDICABUNTUR.

**H**inc ipse dominus. Nolite putare quod ego uos accusatur sim apud patrem, **I**st qui accuset uos Moses in Io. 5. quo uos speratis.

## **N**ON QVI AVDIVNT LEGEM.

**C**lam supradictū est legem suis conatibus neminem preflare posse ex corde, seu affectibus: quippe per quā tan-

C tum cog-

**Ro. 5.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.**

tum cognitio sit peccati. **C**redens autem ex toto corde  
in Christum iustus est ex fide. Quia corde creditur ad  
iustitiam, & iustus ex fide uiuet. **C**redens enim spiritum  
iustificantem consequitur, qui affectus nostros immutat,  
ut legem præstamus, non per operum hypocrisim, sed ex  
affectibus, adeoque & corde, quia lex spiritualis est. **P**ro  
inde nemo legem implet, nisi in Christum credens, qui  
**Ro. 7.** est perfectio legis ad iustitiam omni credenti.

norum spes in morte consistit, adeoq; à morte incipit, ut  
mors nobis sit lucrū, id est, ad uitā aditus.

Phi. 1

## C E P V L T I I G I T V R S V M V S.

Trinitas illa immersio dominicam repræsentat sepultu-  
ram. Ut quemadmodum ille, ob peccata nostra expian-  
da mortuus, qui cuit in sepulchro, itidem & nos peccatis  
mortui innocentem uitam eius oporteat imitari. Mors  
Christi, cui inserimur per baptismum, imputatur nobis  
pro uera peccati morte, ut uere iā mortui simus &c.

## N A M S I I N S I T I T I I.

Allusit ad infisionem plantæ, aut surculi, quemadmo-  
dum surculus deceptus sua nativa arbore particeps fit  
humoris eius arboris cui inseritur. Ita qui per baptismū  
Christi corpori, ceu ramus arbori inseruntur, consortes  
sunt gratiæ, ac bonorum eius per spiritum, quem deus il-  
lis communicat, adeoq; & regenerat. Nam duplē ha-  
mus radicē, peccati scilicet & mortis, qui est Adam, iu-  
stitia ac uite, qui est Christus in euum benedictus.

## P E R S I M I L I T V. M O R. E I.

Christus ob iniquitates nostras ductus est ad mortem,  
ut illas in se met aboleret, & occideret: quem dum morti-  
ficandis affectibus imitamur, conformamur ei in morte,

E = proin

## Ro. 6. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

proinde et in resurrectione conformabimur.

### ILLVD SCIENTES.

Vet⁹ hō **G**vetus homo est qui sapit, ac imitatur mores peccatorum. Nouus ris Adam. Praui nimiri affectus, adeoq; omnes conatus humani, citra spiritus dei adiutorium, quem nobis depingit apostolus ad Eph. 4. & s. capitibus. Similiter ad Col. 2. 3. Nouus autem, qui per fidem in uerbum euangelis cum nascitur, quem infra monet induendum. Proinde uestitus homo exterior, corpus peccati, totus est homo, cū suis conatibus, spiritu dei ne cum illustratus, qui crucifigitur in baptismo, ac uita illi superstite, quod deinceps non iuxta nostrum iudicium, sed euangelici uerbi oporteat sapere, et affectos esse.

### QVI MORTUVUS EST.

**G**el hic obserua quando baptismus compleatur, nimirum in morte, quando caro cum suis affectibus emorietur donec illam innouatam et transformatam recipiemus. Nam licet signum baptismi transeat, ille, et effectus eius hoc est peccati abolitio, quamdiu hic uiuimus durat, cū mortui prorsus à peccato sint iustificati. Proinde si quando in peccatum prolabimur ad promissionem diuinam, in baptismo acceptam proquinus, per resipiscientiam, est consugiendū. Ita peccates non peccamus, absorbente peccatum fide, dominoq; illud non imputante.

### VIVEMVS CVM ILLO.

**G**iuemus, inquit. Proinde uiuificatio, qđiu hic uiuitur nihil

AND. KNOP. INTERPRETATIO.

35.

nihil aliud est quam fides, quia spe tantum scrutati sumus R. 8.  
nec dum re perfecta et spe iustitiae per fidem expectamus Gal. 5

**S**CIENTES QVOD CHRISTVS.

Sensus est, scilicet Christus sua morte peccatum, eiusque  
penam exhaustum, et iugulauit. Itidem nobis annuntiandum,  
ut qui per baptismum peccato mortui sumus, nunquam deinceps illud nobis dominari patiamur.

**S**EMEL.

Semel enim mortuus est ad multorum exhaurienda pec-  
cata. Secundo apparebit sine peccato omnibus se expe-  
ctantibus in salutem.

**E**XISTIMATE.

Nunc tandem aperit, quid sit commori, et consepteli-  
ri cum Christo. Nempe se existimare peccato esse mortu-  
um, nec illius affectum amare: non quod prouersus peccato ca-  
reamus, cum non habitet in nobis, id est, carne nostra bo-  
num, sed ne ex illius tyrannide uiuamus, cupiditatibus ue- R. 6.  
pareamus, sed Christo adiutore fratri, illud quotidie mor-  
tificemus. Iuxta illud, Cōfidite, ego, inquit, uici mundū. I. 15.

**M**ORTALI VESTRO corpore.

Cōpto epitheto corpusculū hoc nostrū notauit, quod  
ob id morti obnoxium, quod peccandi tyrannis, ac prae-  
uorū affectuum in eo prouersus necdū sit restincta, sed sem-  
per adhuc aliò rapit caro, aliò autē spiritus, ut nō quæcumq[ue] Gal. 5  
quolumus faciamus. Ideo mortali, quia mors per pecca-  
tū, non stri dominatur. Nā stipendia peccati mors.

## **Ro. 6.** IN EPISTOLAM AD ROMANOS

### **L**ACCOMODETIS MEMBRA.

**C**Anna ut nulli, quantumvis pio operi, ex nostra cu-  
**Roma. 8.** piditate, oporteat nos esse astricatos, sed deo nostri cu-  
**Ephe. 2.** ram relinquere, ut ille per nos agat, quemadmodum  
**1. Reg. 10.** per filios immorigeros diabolus. Vbi ergo talem animū  
tibi dominus dederit, fac quodcunq; inuenierit manus tua  
quia dominus tecum est.

### **V**ELVT EX MORTVIS.

**C**Mortuos dicit, non corporis morte, quæ ex aequo oēs  
manet, sed culpæ ac perfidiae, qua deo uera uitæ sumus  
mortui, de qua in psal. Mors peccatorū pessima.

### **P**ECCATVM ENIM.

**C**Hoc loco, est peccandi pronitas quæ remanet in car-  
ne nostra, etiam post baptismum, quantisper hic uiuitur,  
Verum illud non debet nostri dominari, quia non sumus  
sub lege, quæ prohibendo, nec gratiā conferendo, cupi-  
ditates irritat potius, q̄ extinguit. **E**xemplo febrentis,  
qui tanto aquam sicut ardentius, quanto ei usum illius in-  
terdixeris: est ergo argumentum à facili.

### **S**ED SVB GRATIA.

**C**Gratia est propensio quædam spiritu dei concepta,  
qua ducimur ad recta, quaq; tali ardore, & affectu, ad  
bona rapimur, quali solemus, per concupiscentiā, ad ma-  
la. Hanc delapsus in terram Christus, præstat humano  
generi, quam in omnes gentes palam prædicari manda-  
uit. **Q**uae sicut nobis præstítit, ut à peccati tyrannide li-  
beraremur,

AND. KNOP. INTERPRETATIO.

36.

beraremur, ita & præstare potest ne in eandem recidamus, aut relapsi resurgamus. Breuiter, Gratia est quia nobis bene uult deus & efficit ut bene uelimus & nostra sunt accepta, ut supra dictum.

**Q** VID I GIT V R.

Iterum diluit obiectionem quæ poterat, ex iam dictis fieri. Obseruabis autem, quomodo Christum professi non sint sub lege, iram operante. Sed ut lex sit illis antiquata, quemadmodum apostolus ad hebræos docet ex Hier. testimonio, non ut illa à nobis fieri non debeat, sed ut **Act. 15.** per gratiam Christi fieri ualeat, alioqui onus importabile. Deinde ut neglecta nos condemnare non possit. **Roma. 10.** Christus enim nobis eam impleuit, qui est perfectio legis ad iustitiam omni credenti.

**S** E R V A I M M V N D I T I A E.

In greco est dula quod sonat serua, ac ueluti mancipia heris obnoxia, quæ sui iuris non sunt, sed eius cuius sunt mancipia.

**Q** U I N I Q V I T A T I A D A L I A M.

Cicut enim habenti dabitur, & sancti adhuc sanctificantur, ut eant, iuxta psalmo graphum, de uirtute in uir **Ioan. 15.** tute, ac semper purgantur à cœlesti agricola deo. Ita impij de scelere in scelus, & de turpitudine, in turpitudine prolabuntur. Proinde monet, ut quæadmodū caro Christum agnatum fructificabat uitia, ita nunc

E 4 spiritus

**Ro. 1.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

spiritus fructificet uirtutes.

**C**AV TORAMENTA peccati mors.  
**C**annota quod donū dei uitam æternam uocet, et non  
meritum nostrum, contra operarios.

**CAPV T VII.**

**N**ON IGNORATIS FRATRES  
(Scientibus enim legē loquor) quod  
lex tantisper.

**L**ex. Similitudine uxoris & uiri coniugio iunctorum pro  
posita docet legem Christiano homini esse antiquatam,  
& abrogatam, Legem autē omnia præcepta dei accipit  
etiam ipsius decalogi, quæ suo more Paulus legem iram

**R**o. 4. operantem, uocat, Lex enim neminem ex corde bonum,  
aut iuslū facit, sed dum exigit, & extorquet, quod nos  
præstare non possumus ( Id quod Apostolus hoc capite  
docet præcepto uno. Nempe, Non concupisces, & do-  
minus uberioris Matthæi. 5. & 6. capitibus) cogit nos aut

**R**om. 3. desperare, aut ad externorum operum hypocrisin con-  
fugere, ex quibus nulla caro iustificatur coram deo qui

**G**en. 6. iuxta internos affectus nōs metitur, quos, cum mali sint,  
& 8. nemo potest immutare, nisi Christi spiritus, qui auferit cor

**E**ze. 11. lapideum, et dat uobis cor carneum. Affectus ergo si ope-  
ribus reluctentur, quid aliud nos, nisi hypocritas faciūt,

**G**al. 3. & ut dominus ait: sc̄ pulchra dealbata: Proinde Christus  
legem nobis antiquatā esse uoluit, Quotquot enim sub  
illa sunt, sub maledicto sunt, ut alibi ait. Nam maledicti

qui à

## AND KNOP. INTERPRETATIO.

31

qui à mandatis dei declinant. Deinde irā operatur, dum aliud iubet illa, aliud nos committimus. Et occidimur, dum contra eius prescriptum facimus. Et abundare facit peccatum. Insuper dum in eius agnitionem nos adducit, nec spiritum, roburq; internū illi reluctandi ministrat quid aliud nisi mortis est ministratio? Proinde Christus sola charitatē suum dixit esse praeceptum, quæ compendio totam legem complectitur. Proinde Christiani ad legis opera facienda, non lege extorquente, sed libero spiritu impetu, per charitatē debent rapi. Quicunque enim spiritu dei ducuntur &c. Christianis igitur antiquata est lex non ut ne fiat, sed impleri possit, & neglecta condēnare nequeat eos qui sunt in Christo.

## CITAVE FRATRES.

Applicatio est similitudinis, per corpus autem Christi cuius caput deus est, ecclesiam accipe, quæ est omnium credentium multitudo, quæ spiritu dei sanctificatur, uiuificatur, & regitur ut lege nihil opus sit, cum spiritus Christi ductu sponte, ac libero mentis impetu rapiatur ad ea credentes, quæ grata deo cognouerint. Proinde lex iuriatur, id est, per fidem iustificatis, non est posita, ut alibi ait, sed peccatoribus, & ad Gal. Christus est factus nobis ociosus, qui à lege iustificamini.

Gal. 5.

## UT IUNGERE MINI alteri.

Christo anima intrinsecus per fidem iungitur, qui cum bonitatis sit fons, non potest nō semper benefacere

E s illi

# Ro. 1. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

illi iuncta, ut fructificet deo. **I**n contrario mens, sine spiritu Christi, quam carnem uocat, nihil potest nisi peccare, quia non potest arbor mala fructus bonos facere. **I**t si cut uitis non potest ferre fructum, nisi manserit in uite,

**Ioan. 15.** Sic nec nos nisi in Christo manserimus. **P**roinde non sunt

**Neutra**= audiendi Scholastici qui neutralia opera commenti sunt  
**lia opera** id est, quae nec bona, nec mala essent, quales sunt uirtus philosophicæ, & quae humano conatu sunt. **N**am cum

**Gene. 6.** Et a cogitatio cordis humani prona est ad malum omnitem pore. **I**n hoc et omnis homo mendax dicitur, quod simulet uerius probitatem, quam re praestet. Fructificamus autem

**Opera** tem deo dum illustratione, et adiutorio spiritus eius, opera bona.

**Ephe. 2.** Icmus, **I**a autem duplice lege fieri oportet. Primum, ut non ex superstitione, id est, nostræ carnis, & capitum sensu,

**Matth. 15.** uel humanis constitutionibus simus pijs. **N**am illud est frumenta deum colere. Sed pietatis opera ad sacrarum literarum

**Matth. 4.** mam petamus. **N**am illum iussi sumus audire. Is autem in extremo illo examine nullam pietatem, nisi charitatis opera uult agnoscere. **N**on superstitione, ieiunia, non perpetuas cantiones, non precularum olympum, non memorias

fraternitates, participationes honorum, ut aiunt, operum, non indulgentias, uicariarum fundationes, templorum, & altarium erectiones, peregrinationes, nihil inquant

**Math. 25.** horum, sed esuriui inquit, & dedistis mihi manducare.

**N**am

Nam si deo quæcunq; pietas ex nostræ carnis sensu profecta, esset grata, quid dei filio doctore opus fuisset? Videlicet debantur sibi pharisei, & scribæ pīj quotidie sacrificantes, sed quid audiūt? Misericordiā uolui, & non sacrificium. Putabant quod deus multiloquiū illorum exaudiaret, quemadmodum, & pharisei nostrates, sed dominus eis. Ve cominatur, quod sub longarū precū prætextu domos uiduarum comedenter. Deinde ne quid bonum metu damnationis, aut iustitiæ consequendæ, meritiue prætextu, faciamus, cū nihil mereamur, nisi per fidem, qua & iustifimus. In hoc peccant, quotquot nouas, præter christianam, regulas amplexantur. Nam falsa meriti opinione omnia agunt, quemadmodū rogati respondeant, cū oēs humanæ traditiones frustra seruentur. Viderint proinde ne dū se, præ ceteris credunt deo proximiores, omniū sint longissimi. Nam illi nō ceremonijs sed corde, & affectibus, per fidē appropinquamus. Alioquin qd opus fuisset Christo iustificatore? Iccirco à fermento phariseorum cauere monuit nos dominus.

### CVM ENIM ESSEMVS

#### IN CARNE.

**C**aro in literis apostolicis nō est appetitus sensitius caro. ut autem sophistæ, sed tropo scripturæ. uocantur oēs uires conatus humani, sine spūs dei adiutorio, iuxta illud: Nō permanebit spiritus meus in homīe, quia caro est. Gene. 6. Idem dicitur uetus, & exterior homo, corpus peccati.

Econtrario

## Ro. 8. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

**Spiritus.** Ecōtrario spiritus ipse spiritus sanctus, & eius in nobis Ro. 8. motiones, & impulsus ad opera, quo ducuntur credentes, idem aliquoties dicitur nouus & interior homo, corpus iustitiae.

**AFFECTVS PECCATORVM.**  
Adfectus peccatorum per legem sunt. Quia lex, dum illos prohibet, & non consert uires reluctandi, reddit irritationes, & excitat peccandi libidinem, ut reuiniscant affectus per legem, qui prius ferè erant mortui, consopiti, & incogniti.

**AD FRVCT Ificandum morti.**  
Perdurat in similitudine cœpta de uxore, quæ parit ei, cuius ē, filios: fructificamus igitur p legē morti, quia dū aliud præscribit lex, & exigit ad aliud autem affectuum tyrannis rapit. Mortem nobis deberi lex ostendit. Nam anima, quæ peccauerit morietur, etiam si opera exter-  
**Eze. 18.** na inoculis hominum videantur legi satissimere.

**QVID ERGO DICEMVS.**  
Per occupationem diluit obiectum. Dixerat enim legem peccandi & mortis præstuisse occasionem, & per eam abundasse peccatum, ne quis eum calumniari putaret, subiungit, sanctam, & iustum esse legē, quippe à sanctimoniae & iustitiae fonte deo profectam. Sed cū ea ha- nestat tantum præscribat, nos autem ad uitia naturae corruptione proclives sumus, fit nobis etiam sancta dei lex mortis occasio, dum peccandi tyrannidem prohibendo excitat

AND. KNOP. INTERPRETATIO.

39

excitat, & que nobis esse debet occasio uitæ fit mortis 2. Cor. 3.  
ministratio. Adeo infeliciter omnia cedunt, posteaquam  
deo derelicto, Iatanā parentes nostri securi sunt, ut ex  
nostro conatu nihil ualeamus nisi nos pdere iuxta illud.  
Perditio tua ex te Israël, tantū in me auxilium tuum. Oze. 9.

C MANET CONCUPISCEN.

Locus est Exodi. 20. Obseruabis autem hic ut nullus ex  
operibus legis iustificetur, sed quicunq; sub lege sunt, Gal. 3.  
sub maledicto sint, quia legem nemo implet, præter cum  
qui in Christum crediderit, qui est perfectio legis &c.  
Quis enim unq; hoc impleuit præceptum, cum nemo af- Rho. 10.  
fectum suorum sit compos. Et quis gloriabitur se purū Pro. 20.  
habere cor? Quanquam insigniter pharisæi nostri, le-  
gem ab externis operibus, non affectibus æstimantes, ia-  
stant legem nostris conatibus apprime præstari posse,  
contra euangelicam & apostolicā doctrinam. Dicit qui-  
dem Ioannes. 1. epistole sue. 5. mandata eius grauia non  
esse, sed his qui ex deo nati sunt, hoc est, qui in Christū  
credentes, spiritum uiuificantem sunt consecuti, quem-  
admodum premitit, & subiungit, alioqui sine eo iugū  
sunt, & onus importabile, ut ait in Actis Petrus.

SED OCCASIONE ACCEPTA.

Sensus est, prodita quidem est lex, ut uiueremus, sed  
cum ea præstare non possumus, reluctante corrupta na-  
tura, mortis est organum, It adeo nihil profectum est le-  
ge, ut concupiscentia per eam magis irritata cœperit  
fremere

# Ro. I. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

fremere aduersus iudicium, & uoluntatem dei, cuiusque in nobis  
odiu excitare, quemadmodum oportuit, idque per legem contin-  
git corruptam naturam irritantem.

**S**I QVID EM ABSQUE LEGE,  
**S**ensus est: Ni lex mihi in corde peccatum ostendisset,  
meque illius sensus conterruiisset, non ita peccandi tyrannis  
ferriuisset. Exemplo impetuosi, ac rapacis fluuij, cuius  
impetus tuum primum maxime entitur, cum fluxum eius cohie-  
bere uolueris. Differit autem Apostolus hoc loco diligenter  
.Cor. 15. tissime de uis legis, quam nisi agnouerimus, non possumus  
intelligere, quid sit euangelica gratia, per Christum praes-  
stita. Proinde legis opus est ostendere peccatum, & de-  
terrere conscientiam. Confusio autem facit, ut irascas-  
Lex uir- mur deo, adeoque iudiciis eius. Est igitur uirtus peccati lex.  
tu. **E**GO AVTEM.

**S**ensus est: fuit tempus, cum mihi iustus uiderer, ac le-  
gem optime exprimere, cum uincerem omnes hypocris-  
si coetaneos meos, lege necdum cor meum illustrante,  
ac peccatum ostendente, atque tunc quidem peccatum con-  
quiescebat nec palam concupiscentia irascebatur deo.  
At cum per legem ostendisset mihi peccatum exuscitatum  
est peccatum, ego autem confusus inhorui, ac mortua-  
us sum. Quippe ob legem, uitae fontem deum odio habes.

**C**IMMO PECCATUM.  
**C**ordo & sensus est. Peccatum, id est, peccandi tyran-  
nis, facta est mihi, per preceptum mortis occasio ut ap-  
pareret,

pareret, id est, cognosceretur peccatum mihi gignere mortem. Per id quod erat bonum, id est, bonam dei le⁹ gem, ut peccatum, id est, uitiata, & corrupta natura, fieret supra modum peccans, id est, augēs peccatum p̄ p̄ceptum, hoc est irritationem peccati, dum etiā id, quod natura bonum est, nempe dei p̄ceptum, uertit in pernitientem mortis, ut egregie peccaret conscientia.

### CIMVS ENIM QVOD LEX.

Nūc tandem aperit. Quomodo lex diuina corrupta natura sit peccandi occasio. Nam illa spiritualis est, exī gens innouatos affectus, nos autem sumus carnales, id est, affectibus legi diuinæ repugnantibus. Idcirco per legem exuberat peccatū. Iam cū lex intus in spiritu, impletū uelit. Omnis autē cogitatio humani cordis prona sit in malū, ipsūq; cor humanū, affectū origo prauū, consequitur neminē dei legē suis conatibus implere, sed deum legis autorem, odio habere, & malle legem non esse, etiam si foris opera simulet, afferre q; ad legē manus & pedes, sed non cor, quod unū deus requirit.

### CAT EGO CARNALIS.

Carnalis homo, id est, spiritu dei non illustratus & roboratus, seipsum tantum amat, sua tantum querit, suæ prudētiae et iustitiae nititur, cū lege ex diametro pugnās que præcipit deū solū diligere, ac proximū iuxta nos ipsos, & ex solo dō p̄dere. Id enī uult, Nō facies tibi dolū. Id aut̄ facimus dū uel nō ipsos, uel qd' cūq; præterea supra

## **R. A. IN EPISTOLAM PAVLI AD R.**

**S**upra ipsum deū metuimus, diligimus, aut cōfidimus.

### **Q VOD ENIM AGO.**

**D**eclarat exemplum de se propositum. **N**uemadmodum autem ab eo loco, cum essemus in carne, carnalem hominē depinxit, ita nunc partim iustificatiū, ut qui mortificari cōperit, describit, qui, quid factō opus sit, cernat quidem, sed ueteri affectu necdum mortificato, implens di uires non habeat.

### **IN CARNE M E A.**

**C**arnem totum hominem dicit, cum suis studijs, & co-  
**G**en. 6 natibus, etiam optimis, sine adiutorio spiritus sancti, quia nihil potest nisi peccare, cum mala sit arbor, que non facit fructus bonos, licet probitate in oculis hominū simulet.

### **S E C U N D U M internum hominem.**

**I**nternus homo non est ratio humana, sed ipse spiritus per uerbum fidei conceptus, qui non potest non delectari in lege dei, deumq; amare, & credere, quippe ex quo  
**O. I.** conceptus est, & natus.

### **R E BELLAN. LEGI mentis meae.**

**C**nos est Paulo usurpare uocabulum **N**ous, id est, mīs Eph. 3. pro iudicio spiritus, ut renouamini spiritu mentis uestra, & recte pro spiritu usurpat, nam apud carnem nō est illudiciū, quæ cæca est.

### **MISER EGO HOMO.**

**C**um longa iam oratione peccati uim recensuerit, & hominem cum affectibus suis luctantem depinxerit, nūc cōtra

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

21  
Con libertate  
arbitrii.

contra hanc misericordiam exclamat. Potest ex hoc capite ag-  
noscere, quatenus habeamus liberum, ut aiunt, arbitrium, ne-  
pe quantum ad externa opera spectat, non affectus, iux-  
ta quos deus nos metitur. Quae autem potest esse sine spi-  
ritu dei libertas, cum ille tyrannus noster peccatum, in car-  
ne nostra negotium faciat, etiam viris spiritu exundatibus?  
Quis enim sanctorum fuit unquam, qui non deplorauerit  
hanc servitutem, immo captiuitatem, cum ipse apostolus hic  
exclamat. Ea autem lex membrorum, est peccati ardor,  
et impetus ad peccatum, nobis congenitus. Est autem ex-  
clamatio q. d. assidue collector cum malis et carne, quan-  
do ergo collectatio haec prorsus abolebitur?

## GRATIAS AGO.

Ostendit per quem sit liberatus, nempe, cui gratias da-  
git, qui spiritum suppeditat uiuificantem, adeoque; affectus  
innovantem, non quia iam prorsus liberatus sit, cum subiun-  
gat, quod carne seruiat legi peccati, sed quod coepit iam libe-  
ratio, in morte absoluenda.

## ITAQ; IDEM EGO.

Epilogus est. Observa autem, ut non iustificemur tor-  
ti, quadiu in hoc corpusculo uiuitur. Sed licet a baptismo. Eph. 4.  
mo coepit iustificatio, tamen in morte primum comple-  
tur. Hinc apostolus subinde iubet, ut renouemur spiri-  
tu mentis nostrae. It ad Philip. se, ait, non dum accepisse, Phil. 4.  
non dum perfectum esse, sed sequi, ut comprehendat. Pro-  
inde quatenus spiritu nouati sumus, liberi sumus, quat-

F tenus

**Ro. 8.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.  
nus caro & uetus sumus, sub lege sumus. Quisquam  
credentibus, quod reliquum est uetus statis, propter fidē  
condonetur.

**C A P V T VIII.**  
**N**ULLA IGITVR NVNC EST  
condemnatio his, qui insiti sunt Christo  
Iesu. Qui non iuxta.

**C**ensus est, Quanquā usq; sint in nobis peccatorum re-  
liquiae, liberos tamen nos esse ab omni maledicto, adeo-  
q; & fide iustificatos, ut nihil nos damnare possit, etiam  
lex neglecta. Si tamen iuxta spiritum uersemur, eum au-  
tem uocat nouum illum affectū, & motionem Christi spi-  
ritus fide concepti, qui affectus carnis mortificat, non in-  
de quod lex id præcipiat, sed quod natura spiritus sit, ut  
non possit nō mortificare carnem.

**L**IBERVM ME REDDIDIT.  
**S**piritus hic est Christi fide cōceptus, quoniam ille af-  
fectus credentium immutat, ut etiā nulla existente lege,  
libero spiritus impetu rapiantur in legē, quodq; illa pre-  
scribit, præstent. Non inde quod illa exigat, sed quod uo-  
luntas, id est, affectus illorum sit in lege domini, ut habet  
psalmus. Idcirco liberati sunt à iure peccati, & mortis,  
quorum et si adhuc reliquias sentiant in carne, tamen ob-  
fidem non imputantur.

**S**VB SPECIE CARNIS.  
**C**aro scī sam tantum amat, ac sua querit, suęq; pru-  
dentie

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

22

dentiæ ac viribus nititur. Cum deus se supra omnia amā-  
dum uelit, ac primum, id est, præ omnibus, suum regnum  
querendum, Deinde omnem curam, et solicitudinem in 1. Pe. 5.  
se proiecēdam, quia ipsi curæ sumus. Et ita ex diametro  
affectionis carnis cū lege dei pugnat. Quæadmodū et Ia-  
cobus ait, Amicus huius seculi dei inimicus cūstituitur. 1ac. 4.

## D E P E C C A T O C O N D E M N A U I T .

Peccatū peccandi tyrannidem, morbum scilicet natu-  
re, eiusq; autorem diabolum accipe. Nam dum ille in in-  
noxium se uit, perinde atq; cæteros mortales, quem ui- Heb. 9  
dit nobis in omni infirmitate foris simulē, præter pecca-  
tum, ac secū scribas in eius odiū armat, per neccē eius cō-  
demnatus est, iugulato, et ut alibi ait, exhausto, id est,  
in totū sublatō peccato, per carnē eius, que hostia est p  
totius mūdi peccatis. Hinc dominus ad Pilatū de diabolo 10.19.  
cedis sue autore primario, Qui, inquit, tradidit te mihi tne tibi  
maius peccatū habet. Proinde sensus est: Cū impossibile  
esset lege liberari à peccato, et morte, deus filiū suum  
tradidit, per quē damnatū et oppressum est peccatū et  
mors, ne amplius in nos iushabeant. 1sc. 19

## C V T I V S T I F I C A T I O L E G I S .

Sensus est, Non satis erat lex, quæ ostenderet quid face-  
remus, sed oportet etiam spiritum conferri per Christū,  
qui nos ad legē amandā inflammaret. Quia lex affectū  
etiam obstringit, Affectionis autem nostri, quia carnales su-  
mus, reluctantur legi dei. Proinde impossibile est

F 2 legē

## **Ro. 8.** AND. KNOP. INTERPRETATIO.

legem impleri humanis conatibus. **O**b id misit deus filium suum, ut legi satisfaceret pro nobis, suumque spiritum, per fidem nobis communicaret, cuius motionibus pareremus. perinde atque in carne uersantes cupiditatibus parebamus.

### **C**ANQVI CARNALES SVNT.

**C**ur ho- **C**annota: Quare nonnulli adeo reluctentur hodie emer-  
die relu- genti ueritati. **N**imirum quia caro sunt, id est, sua tentu-  
etetur **E**querunt, non dei, dum spiritu illius illustrati, et renouati  
uangelio. necedam sint. **I**rgo non mirum si Esau persequebatur Ia-  
cob, et carnalis Israël spiritualem. **N**am simile in Aposto-  
lis, et carnalibus iudeis est cernere. **P**roinde sensus est.

**Q**ui spiritu dei illustrati non sunt, ipsumque necedum gu-  
starunt, licet inter dum uirtutibus praediti, in speciem, ut  
deantur, et ad honesta suis conatibus eniti, tamen quia  
id non fit ex commotione spiritus sancti, sed carni quo-  
dam affectu. **N**empe uel timore pœnae, uel amore laudis,  
uel premij, aut ceterorum alicuius, non faciunt quicquam  
deo gratum, cum se, non deum spectent. **C**ontra, qui secun-  
dum spiritum sunt, id est, quos illustravit, et sui commu-  
nicione perfudit, in his est sensus dei, ac in deum fiducia,  
amorque illius, queruntque hi nihil suum, sed dei solius glo-  
riam, cui et innituntur.

### **T**IMOR EST.

**N**am deum uitæ fontem non respicit, sed seipsam tentu-  
amat, sua querit, sibi prudentiae suæ, ac suis uiribus nitit-  
tur. **Q**ue omnia spiritus monet in deo querenda. **A**ffectus  
autem

## IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

23

autem spiritus uita, quia quicquid habet uirtutum, nō suis  
conatibus, sed diuin.e munificentiae tribuit, qui ipse spiri-  
tus sanctus est, deus, & uita & conscientiae tranquillitas  
adeoq; regnum dei ut infra ait.

### PROPTERE A QVOD AFFECTVS.

**P**aro seipsum tantū amat, ac sua querit, suæq; pruden-  
tie ac uiribus nititur, cum deus se super omnia amandū **1 Pet. 5.**  
uelit, ac primum, id est, p̄e omnibus, suum regnum que-  
rendum. Deinde omnem curam, & solicitudinem in se **Le. 4.**  
projiciendam. Quia ipsi curæ sumus. Et ita ex diametro  
affectionis carnis cum legi dei pugnat, quemadmodum et  
Iacobus ait. Amicus huius seculi dei inimicus cōstituitur.

### S I QVIDEM SPIRITVS DEI.

**S**i quidem certissimū Christiani pectoris signum, **Nem-** **Luc. 17.**  
**p**er Christi spiritus esse participem, ut nihil agant qui fo- quo  
ris pietatem uenditant. Regnum dei intranos est. **Nimi-** **Rom. 14.**  
rum iustitia per fidem consecuta, & pax, id est, cōscien- **Ephe. 1.**  
tie tranquillitas, & gaudium in spiritu sancto. **Quod re-**  
gnum dei, id est, motiones, & raptus quosdam internos **Rom. 8.**  
si nō sentias, frustra Christianū nomē portas. **Hinc alibi**  
**a**rabo nō eū uocat, quo credentiu corda ob-signata sunt. **1. Tcs. 5.**  
Nimirū dum ille cōscientijs nostris adest, euangelizatq;  
propitiū nobis esse deū, ac testimoniu reddit spiritui no-  
stro, quod sumus filij dei. **Hinc** & alibi monet ne spiritu  
extinguamus aut cōtristemus. Nimirū ne graibus flagi-  
tijs illum ex cordibus nostris profligamus.

**Ro.8.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.**

**C**MORTVVM EST.

**N**ō reuera corpus moritur illabente nostris mentibus Christi spiritu, sed natura eius est paulatim carnem eius affectus mortificare, ut quemadmodum spiritus quotidie augescit in his quos occupauerit, ita & caro quotidie deficere et intermori incipit. Hic supra, existimat Rō.6. uos, inquit, ipsos mortuos peccato, uiuentes autē deo: Simile 1. Pet. 4.

**C**VT SECUNDVM CARNEM  
uiuamus.

**S**ensus est: Debemus quidem multa non carni, id est, nostris ipsorum conatibus aut affectibus (cum nihil ex Ose. 13. nobis ualeamus, nisi nos perdere, ut ait domin⁹ per Ose. affectusq; nostri ex corrupta natura, praui sint, ut nō simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tāquā ex nobis) sed uiuificanti & iustificanti spiritū, qui nos in dei filios adoptat, redditq; testimonium spiritui nostro, q; simus filij dei. Differuit autē hactenus de lege, peccato & gratia, nūc per epilogū cōsolatur & adhortatur.

**C**QVICVNq; SPIRITV.

**G**al.5. **S**imile ad Gal. Si spiritu dei ducimini, non estis sub lege. Duci autē illud nil aliud est, nisi interna dulcedine affectū excitari, ac impetu quodā impelli, ut hilares, spontanei, adeoq; ex libera charitate præstemus, quicqd deo gratum nouerimus, lege eius per spiritum edocti, quod qui faciunt, non sunt sub lege, quæ iustis non est posita, scd

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

99

sed ijs, qui ad hoc seruili metu inuiti & reluctantibus affectibus abstinent malis, & bona uel tanquam pueri promissis allecti, uel minis deterriti faciunt. Huiusmodi autem innouatum affectum non natura, non lex, sed fides in Christo. 10.6.  
stum præstat, iuxta illud: Dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corda eorum scribam illam, & auferam a uobis cor lapideum &c. Sic nemo uenit ad Christum, nisi si pater traxerit eum, non inuitum, sed ultronea charitate. Cant. 1.  
quia trahit sua quemque uoluptas. Hinc sponsa, trahit inquit, me post te. Chrysostomus super Matth. iiiij. Non sunt contenti filii dei sedere ociosi, sed urget eos spiritus aliquod magnum opus eos apprehendere. Et Gregorius in Homilia. Nunquam amor dei ociosus est, operatur enim magna si est, si autem operari desinit amor non est.

## NON ENIM ACCEPISTIS SPI

### ritum seruitutis.

Spiritu seruitutis & timoris lex ministrat, quæ terret confundit, ream agit, adeoque occidit conscientiam, dum peccatum ostendit. Quia per legem cognitio peccati, nam Rom. 3. ob id ministratio mortis dicitur, & spiritus seruitutis, quæ inuitos metu a malis cohibeat, aut promissis ad bona allicit. Spiritum autem adoptionis euangelium ministrat, quod serenata conscientia affectus transformat, facitque ut uoluntas nostra sit in lege domini.

## SPIRITVM ADOPTIONIS.

Vox est fidei gratulantis sibi ob misericordiam dei,

F 4 G

**Ro. 8.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.**

¶ oblectantis se contemplatione amplitudinis, & glos-  
riæ gratiæ dei. Sicut illud psal. Quām magna multitu-  
do dulcedinis tuæ domine.

**P**ER QVEM Clamamus, Abba pater.  
**C**lamor hic non oris est, sed cordis, non uocis, sed af-  
fectus. Nam ubi fide de gustauimus misericordiā dei, bo-  
nitudinemq; eius cognouimus per uerbū euangelij condo-  
nantis peccatū, promittentis gratiam, nō potest animus  
non redamare deum, ac gestire, ac gratitudinem suā mu-  
tuo aliquo officio, pro tanta misericordia testari. Id hic  
significantissime dicit clamare, pater. Simile ad Galat. 4.  
Sonat autem Abba, annotāte Eras. Syris patrem, quā uo-  
cem primū puerisonare discunt, estq; patribus auditu  
gratiissima. Quod autē, pater, potest esse conduplica-  
tio, faciens ad emphasm affectus, potest & esse peregrin-  
na uocis interpretatio, uel certe per anadiplosin, id est,  
repetitionem esse dictū. Cum is loquendi modus Hebreis  
sit peculiaris. Epitafios, id est, intentionis gratia nūc ē  
Mar. 14. dem uocē iteratibus, nūc eandē, alia idem ualente, redi-  
dentibus, ut Dominus dominus noster, deus deus meus:  
hisdem uerbis compellat patrem dominus orans. Obser-  
ua autem quantæ sit fiduciæ hanc deo canticonem ex toto  
affectu occinere, nimirū nō nostris meritis, aut demeritis  
freti, aut diffisi ea facimus, uel omittimus, sed fiducia affi-  
ritus nobis testimonū perhibentis, dū totis animi uirib⁹  
iuxta solum promissionis sue uerbū, deum estimamus.

**Pati**

## PATIMVR.

**D**annota unicam ad uitā perueniendi viam, nimirum **C**rxus sa-  
Christo compati, commori, & mortificari affectus, & uolutaris.  
luntatem nostram, ut uere alibi dixerit, **P**er multas tri- **A**ct. 14.  
bulationes oportet nos introire in regnum dei. Hoc eti-  
am ea lege uoluit intelligi deus, cū sanxit sabbatū san-  
tificandū, nimirū ut uacemus ab operibus nostris, tolere =  
musq; in nobis opus dei, mortificationē nostri, quocunq;  
id tandem modo fuerit factū, siue à dæmonibus, siue malo-  
rū hominū psecutionibus, aut ægritudinibus, aut aduers-  
sis, omnia enī nobis cooperātur in bonū, uolente ita pa-  
tre nostro, sine cuius nutu nec paſſerculus cadit super ter-  
rā. **Q**uiq; oēs capit is nostri capillos numeratos habet.

## AD GLORIAM.

**G**loriam eam dicit, de qua Esaias. 47. Et. 1. Corint. 2.  
Oculus non uidit, auris non audiuit, nec in cor ascendit,  
qua præparasti deus diligentibus te. Et nūc iam filij dei  
sumus, nimirum adoptione spiritus, sed non apparuit, qd'  
erimus. **I**cimus enim, quod cum apparuerit, similes ei 1. 10. 3.  
erimus, uidebimus enim eum sicut est. Et ad Ephes. di-  
cit, Adoptasse deum in se, quod per magnam empha-  
sim est intelligendum. **N**empe adoptatos nos esse, non  
ad possessionem rerum corporalium, non ad principatiū  
terrenum, sed in se, hoc est, ad suam ipsius felicitatē,  
& in huius, quod ipse est possessionem. Inde est illare-  
proborum uox. **E**cce quomodo computati sunt inter fi-

**R. 8.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.  
Sap. 5. lios dei. Occurrit ergo obiectioni pusillanimorum afflictiones ob Christum detestantium. Similis locus est. Cor. 4. Nam momentanea laetitas etc.

**C** PALAM FIANT.

**C** Sensus est: Uniuersitas creaturarum applaudit redemptioni piorum, sicut impiorum conscientia terret. Interim enim zizania tritico, bonum semen paleis, boni piauebuntur, queadmodum pastor segregat agnos ab hedis.

**C** Q VIPPE VANITATI.

**C** Consolatur nos ab exemplo, ut toleremus afflictiones. Quoniam nobiscum rerum uniuersitas sub corruptibilitate est, ut docet ex psal. epistola ad hebreos primo.

**C** LIBERABITVR A SERVITVTE.  
De innouationi celi & terra adeoque totius uniuersitatis Petrus scribit epi. 2. cap. 3.

**C** PRIMITIAS SPIRITVS.

**C** Primitiae frugum, ac ceterarum domino consecrabantur, quae respectu totius sementis parum quid erant, ita nos respectu gloriae, quae nobis manet, primitias tantum spiritus Christi habemus non decimas, quia ille interim mentes nostras tantum occupat, et coepit est in nobis iustificatio, non consumata, habitamus etenim adhuc in carne impura, usque dum corruptibile hoc induat incorruptionem, et efficiamur tota noua creatura, illa uidelicet die, quando appropinquauerit redemptio nostra, ob quam respicere

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

respicere, & leuare capita nostra iubemur, nimisrum q. à  
peccatis, morte, adeoq; omnibus malis redimemur.

## S I QVIDEM SPE RESERVATI.

Quemadmodum ualestudinarius, à perito medico in-  
curam suscep̄tus, spe reualuit, itidē & nos à cœlesti me-  
dico Christo suscep̄ti, de sanitate nō dubitamus, quin toti  
suo tempore reualebimus, interim spe tantum salui facti **Spe salui**  
Hinc & supra gloriamur, inquit, sub spe glorie dei. **Et**  
Ephesiis optat illuminatos mentis oculos, ut sciant que **Rom. 5.**  
sit spes ad quam deus uocauit. **Et** ad Tiū, **Expectantes**  
inquit beatam spem & aduentum gloriæ magni dei. **Vñ Tit. 2.**  
Padeo omnis christianorum salus à morte absoluitur,  
quemadmodum & alibi ait. Si in hoc mundo tantum spe=  
ramus in Christum miserabiliores sumus omnibus homi-  
nibus. **Proinde** licet etiam nū filij dei sumus, tamē quia ad **1. Cor. 15.**  
huc grā nostra fide coelatur, spe tantū, seruati sumus.

## C O N S I M I L I T E R A V T E M.

**Impares** inquieris sumus tolerandis pro Christo aduer=

sis. Immo inquit spiritus adiuuat imbecillitatē nostram.  
Fidelis enim deus, qui non patitur nos tentari supra id, **1. Cor. 10.**  
quod possumus, arguit ergo à facili.

## S I QVIDEM HOC IPSVM.

**S**ensus est: **T**antum abest ut nostris ipsorum præsidij  
tuti esse ualeamus, ut nesciamus etiam, quibus præsidij  
opus sit, exēplo ipsius apostoli. **Nō** enī id p̄temus, quod  
salutare est, ut est tribulatio ob Christū, & mortificatio **2. Cor. 10.**  
noſtri,

## Ro. 8. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

nostris, sed ex infirmitate liberationem. Non ergo como-  
prehendimus ratione, quae salutaria sunt, aut quae noxia,  
hinc ait non nouimus.

### CICIMVS AVTEM QUOD HIS.

Diligunt **C** Diligere deum suaptis uiribus ex corde, & in uerita-  
deum. **M**atth. 19 te nemo mortalium potest, citra illius afflatum. Ille natus  
ra bonus est, nos autem mali, & ex natura corrupta filij  
**L**uc. 18. iræ. Proinde soli illi deum diligunt, qui sensum misericordiae, & gratiae eius, per fidem in Christum, gustarūt.  
Hi enim quoniam misericordiam & bonitatem eius per  
spiritum didicerunt. Nō iuxta sua merita, aut demerita  
deum inciuntur, sed iuxta uerbum gratiae eius, ex quo  
solum pendent, suntq; dulci erga deum semper affectu,  
quem sciunt omni certitudine certius propitium se habe-  
re in omnibus, ignoscentem in malis, fauentem in bonis,  
**a**pi. 4. & circa omnia cooperantur eis in bonum, ut etiam pec-  
cantes non peccent, dum eis peccatum non imputatur.  
**H**inc illud: Non delinquent omnes qui sperant in eum.  
**2. Tim. 2.** Sunt autem hi ab æterno deo cogniti, sicut ait ad Ephe. 1.  
& nouit dominus qui sint eius. Nemo potest rapere ou-  
cuas Christi de manibus eius: Hinc ait: Qui iuxta propo-  
situm uocati sunt, ut scilicet iuxta destinatum, & certum  
diuini consilij, decretum, ad fidem uocatos intelligamus.  
**E**t autem evidentiss. argumentum contra operarios, qui  
asserunt deum non gratia, & electione, sed meritis ser-  
uare, quos luculentissime oppugnat caput sequens de  
Iaco v

## AND KNOP. INTERPRETATIO.

88.

Jacob, & Esau. Sancti autem ex græco abundat, & est  
in codicibus latinis adiectum.

## CONFORMES IMAGINIS.

FILII SVI VT IPSE &c.

Quemadmodum enim ille per immunitationis, ut habet mortifica=  
psal. passionis, & mortis ignominiam ad uitam transiit <sup>tio</sup> ui<sup>s</sup> est  
immortalem, gloria, & honore coronatus a patre, dona Psal. 8.  
tusq<sup>ue</sup>; nomine, super omne nomen, itidem et membra eius Phil. 2.  
per baptismū ei insita, oportet quotidie mortificationis  
crucem tolerare, dei ueterem Adam mortificātem in se  
opera sustinere, siue per impios homines, siue per tene-  
brarū principes, ut ita cruce fides facta probatior, mul-  
to sit preciosior auro, quod per ignem exploratur, & 1. Pet. 1.  
ita mortificata ad ueram uitā descendant, incipiente in  
eis Christo uiuere, quatenus est deus super omnia bene-  
dictus, qui per crucem in eis uixit quatenus fuit homo, et  
eius filius. Sicut enim in Adam male ad similitudinem dei  
descendimus, ita in Christo, & cruce eius descendere  
nos oportet, ut felicius per eum ascendētes ueri filij dei  
fiamus. Hinc quotquot uolūt in eo pie uiuere, patiuntur  
persecutionem. Quod alia, ad ueram uitam, non sit uia  
nisi crux, id est mortificatio nostri.

## EOS ET IVSTIFICAVIT.

Obserua ex hoc Apostoli loco iustos nos esse, sed  
non nostra, id est, operum, iustitia, sed ea quā deus per  
Christum præstat, gratuita munificentia. Eum enim qui  
non

## **Ro. 8.** IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

**E**ccl. 5. non nouit peccatum fecit peccatum, ut nos essemus de iustitia in illo. Hinc et alibi, Ut iustificati, inquit, gratia ipsius heredes simus secundum spem uitae aeternae, Proinde uita nostra a baptismo nihil aliud esse debet, quam expectatio reuelationis iustitiae, quam iam possidemus per fidem, ut scilicet per speciem, et facie ad faciem nobis illam reuelet deus, quemadmodum alio in loco ait. Exspectantes beatam spem, et aduentum gloriae magni dei.

**Tit. 2.**

**C**OVID IGI TUR DICE MVS.

**T**ensus est: Si bona, ac fauens uoluntas dei est, ut partiamur, et hoc modo glorificemur, quid dicemus? num diuinae uoluntati aduersabimur? absit.

**C**PROPRIO FELIO.

**G**efficacissimus est hic locus ad erigendas afflictas conscientias. Quae enim mens quantuis peccatorum mole pressa inenarrabili gaudio non gestiat, auditam tam ineffabiliter dei patientis erga nos charitate? qui non angelum, aut hominem sed ipsum filium suum per patrem, in quo sunt omnia, non pro aliquot sed omnibus tradidit in morte.

**Consolatio.**

**Q**uid ergo negabit, qui filium iam donauit, ad cuius comparationem, uel exiguum, uel nihil sunt omnia que consistunt. ferri possunt. Simile apud Ioannem ipse dominus; sic, in Isa. 53.quit, deus dilexit mundum. Et per Esa. ipse deus pater. Propter scelus inquit, populi mei percussi cum.

**C**OVI FIERI POTES T.

**C**HIC obseruabis duo in euangelicis literis esse species, et standa.

standa. Nempe ut non tantum uitæ exemplar Christum proponas. alioqui quid Christus à legislatore difserret: sed ut præcipue Christum ipsum, adeoq; quicquid ille est, egit aut passus est, pro munere, ac cælesti Christus donario, ac hæreditaria iustitia, per fidem tibi propriæ sacramentum, ac peculiare facias, credasq; tuo bono, id factum tum et ex perinde ac si tu id fecisses. Neq; enim aliter cognosces, emplum. quid sit Christum esse iustitiam nostram. Nam si ipse nobis donatus est ut habet Paulus, & Esa. cap. 9. & omnia eius nobis donata esse, adeoq; quicquid ipse est, consequitur. Hinc & Esa. duplicitia nos dicit accepisse de manu domini pro iniquitatibus nostris: num irum ipsum Christum hæreditariam iustitiam omni credenti, Deinde sanctissimam conuersationem, qua uitæ nobis inno- Isa. 40. centis exemplar reliquit. Posteriori omnes inculcant, Rom. 10. prius quod maximo omnium intererat scire, quod unum seruat, quia non suæ iustitiæ, sed Christo niti docet, paucissimi norunt. Hinc tantæ operum, ac ceremoniarum carnificinæ, afflictas conscientias diuexantes si quicquam ex præscripto opere omiserint. Nempe quod Euangelijs, ac ipsius Christi usum non norunt, qui unus satis est ad iustitiæ. Nō ut ne fiant ope, sed ut omissa cōsci- entia nō turbet, Nā Christianus nō est alligatus certo ali- cui operi, pro persona, aut tpe, sed dat fructum tempore suo, hoc est, quando offert se occasio, opatur, æstimatq; salutem

**Ro. 8. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.**

salutem non iuxta suam iustitiā, sed Christū, abunde in omnes se inuocantes, diuitē. Et cū sponsa in foraminibus petrae, id est, uulneribus eius conquiescit.

**Q**VIS INTENTABIT.  
**C**ab hoc loco usq; ad, **Q**uis nos separabit à charitate dei, sub interrogatione legenda sunt omnia, eiq; negatiōnem reddendā, ut sit neminem ausurū criminari eos, quos deus elegit, ac morte filij iustificauit.

**Q**VI EST AD DEXTERAM.  
**C**hec omnia dicit, ut fidem roboret, & conscientias affectus erigat. **Q**uid enim nō sperabimus tanto aduocato & patrono, qui quod iuxta hominem assumptum orat, id iuxta diuinā naturā confert. Similis locus. 1. Ioā. 2. & ad Heb. 4. & 7. capitibus.

**D**ILEXIT NOS.  
**C**etus translatio, propter eum, habet, sed, per eum, legere Augustinū pluribus in locis, similiter Origenē analizat Eras. & melior hæc lectio est quam prior, q; deo non nobis nitatur, cuius ope victores malorū euadimus.

**N**E q; ANGELI.  
**C**angelos uel Satane dicit satellites in lucis ministros. **C**or. 11 transformatos, aut etiā angelos de cœlo, si aliud quam accipimus nūciarent, ut à Christo abducerēt, non erit eis Gal. 1. acquiescendū, sed pro anathemate habendi.

**N**E q; PRINCIPATVS.  
**C**valde necessarū hoc in memoria habere, ne Christum confusa

AND. KNOP. INTERPRETATIO.

29

confessuri, potestatem aliquam timeamus, sed certi si-  
mus, etiam si morti obijciamur, hoc ita uelle Christum,  
citra cuius uoluntatem nihil fit, & uelle nostro bono, ut  
peregrinatione & exilio hoc confecto, quam primum si-  
mus cum illo.

CAPUT IX.  
VERITATEM DICO IN CHRISTO

nō mentior, attestante mihi simul cōsci-

entia &c.

Hactenus de legis, & gratiae uiribus est disputatum,  
nunc ad quos gratia pertineat, noua disputatione agit,  
eamq; colligit nō tantum iudicis, sed et gentibus donari, Prædesti-  
idq; secundum destinationem diuinam, non humana mē natio.  
rita. Nam promissio non respicit humanum meritum, sed  
sicut scriptum est: Domine oculi tui respicient fidem. Ob Hierc. 5.  
seruabis autem quam pulchre à pathetica occupatione  
ordiatur.

OPTARIM ENIM.

Exprimit enim hic apostolus ueri pastoris, et uiri apo-  
stolici affectum, Nimirum qui tanto desiderio hominum  
salutem sentiat ac sitiat, ut uel suo ipsius dissipendi cupi-  
at eos seruari. Quemadmodum et dominus ait. Pastor bo**Bonus**  
nus animam suam dat pro ouibus suis. Tali affectu iam pastor.  
olim Mosen complexum fuisse sibi creditos iudeos, scri **Ioan. 10:**  
ptura commemorat. Cum hūc in modum pro populi pec- **Exo. 32:**  
cato precatur. Dimitte, inquiens, eis hanc noxam, aut si  
G non facies

## Ro.9. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

si non facies, dele me de libro, in quo me scripsisti. Et  
**¶ Par. 21.** David. **I**go, inquit, peccaui, & qui malum feci, iste grex  
quid commeruit? uertatur obsecro manus tua in me, et in  
domū patris mei. **F**um affectum si in personatis nostris  
**Esa. 56.** lupis requiras, citius aquam ex pumice postules, Sunt autem  
tem ut Esa. ait. Speculatores cæci, nescientes uniuersi,  
canes muti, non ualentes latrare. **V**identes uana, dormi-  
entes, & amantes somnia, & canes impudentissimi, nez  
scientes saturitatem, non contenti tondere oves, sed de-  
**Matth. 23.** glubentes, adeoq; aditum cœli ante homines claudentes  
ipſi nō intrantes, nec alios intrare sinentes, Auferat do-  
minus idola, & pestes has lætiferas ē medio populi sui,  
& suscitet nobis pastores, qui pascant nos, & nō semet-  
ipſos, ac uentreſ ſuos, quēadmodū Hier. 23. et Ezech. 34.

### **C**ANATHEMA ESSE. (promittit.

**Anathēma.** **C**anathema est uerbum peculiare iudeis, quo extre-  
mam detestationem significare solent, optat igitur ma-  
gis ſolum ſe perire & à Christo alienum fieri, quam tan-  
tam ſui generis multitudinem.

### **C**O VORVM EST ADOP TIO.

**Amos. 3.** tantummodo uos cognoui ex omnibus cog-  
nationibus terre, & in Exod. primogenitus filius meus  
**Exo. 4.** Israël. Et ibidem, Eritis mihi in peculium, et regnum sa-  
cerdotale, & gens sancta.

### **C**ONON AVTEM HAEC LOQVOR.

**S**ensus est: Non ideo hoc dico, ut quamuis sint aliqui  
increduli,

## AND. KNOP. INTERPRETATIO. 50

increduli, propterea tota gens sit repudiata, Nam cre-  
dunt ex eis electi, & quos deus credituros presciit. Est  
igitur castigatio, uel correctio.

### **C**ON NON ENIM OMNES.

Abraham fide genuit Isaac, fretus uerbo promittens  
tis dei, Sicut capite. 4. dictum est. Proinde semen Abra-  
ham, per Isaac sunt, qui in diuinis promissiones credunt, Filii A-  
braham imitantur, qua Isaac conceptus est, & natus hi brahæ &  
enim ueris sunt Israelitæ, hoc est, mente deum uidentes, Israel.  
qui credunt in Christum Abraham promissū, omnesq; dei  
promissiones nobis credentibus testantur.

### **C**HOC EST NON Q VI.

Filii sunt promissōis electi, hoc est, quos ille presciit,  
gratulabundos suas promissiones accepturos nec suam  
indignitatē, nec promissionum magnitudinem respici-  
entes, sed munificētiā, et ueritatem promissoris, scien-  
tes, & quæcunq; ille promiserat, ualeat & præstare, Quæ  
admodum de Abraham ca. 4. dictum est.

### **C**ERIT SARAE FILIVS.

Isaac nō tam concubitu, quam fide conceptus, et ædi-  
tus, typus est dñi saluatoris, in quo oēs familiæ terræ be- Act. 10.  
nedicuntur, quia per eū remissionē peccatorū consequū-  
tur, quotquot credunt, adeoq; et salutem Mar. ult.

### **C**VOCANTE.

Annota ex hoc luculentissime apostoli loco, ut nemini  
nem operum aut meritorū respectu eligat, aut abiijciat

**Ro. 9.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.**

deus, sed omnia ex præscientia eius eucliant, etiā si nos  
bis contingentia in rebus mortalium videatur. **Nam** falli  
**Eccle. 8.** tur in hoc humanae rationis iudicium, quia operū dei nul-  
lam potest homo inuenire rationem, sed quanto plus la-  
borauerit, tanto minus inuenit, quemadmodū fortiss. scri-  
pturarum testimonij in exordio locorum suorum ostendit Philippus.

**C**ICVT SCRIPTVM EST.

**C**Ex veteri historia docet apostolus deum nullo meri-  
torum respectu diligere, sed sola misericordia. **D**amat  
**Lu. 17.** proinde humana merita, cum scrui simus inutiles etiam  
**Ephe. 4.** per actis omnibus Lu. 17. **D**ebemus enim deo seruitutem,  
**Rom. 10.** ob hoc, quod conditi simus, salutem autem & uitam gra-  
tia consequimur, qui nō meritis nostris, sed misericordiae  
diuine per Christum, innitimus, in quem qui crediderit  
non pudefiet.

**Q**VID IGITVR DICEMVS

**C**Occupatio est primi argumenti iudicij carnis aduersa-  
**Prædesti-** sus prædestinationē diuinam, Nempe huiusmodi. Si deus  
natio. citra meritum, aut demeritum eligit iuxta præscientiam  
suam, quid dicemus? Num iniustus est non omnes pariter  
dilicens?

**C**ABSIT.

**C**Nimirum ab eo de quo scriptum est: Iustus dominus  
in omnibus iūis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.  
psal. 144. Et iterum: Iustus es domine, & rectum iudicium  
tuum.

## AND KNOP. INTERPRETATIO.

51

tum. **I**t in cātico. Deuteronomij: Deus fidelis est, et abs  
nulla iniquitate iustus, et rectus. Proinde sensus est. Ideo  
non est iniustitia apud deum, quia nemini quicquam de-  
bet, proinde licet ipsi dare, cui libuerit, iure damnantur  
qui pereunt, per gratuitam misericordiam seruantur,  
quotquot non pereunt.

## CONON EST CVRRENTIS.

**D**ocuit ex scriptura proxima deum neminem merito,  
sed misericordia seruare quotquot seruat. Nunc etiam in  
sequentibus ostendit q̄ & impios iuste damnet, sitq; salu-  
tis, & interitus autor. Quippe qui cum peruersis puer- **Sal. 17.**  
latur, ut habet psalmus, non tantum permittens, ut aiunt  
scholasti, fieri mala, sed & faciens, quemadmodum ait  
in Exodo. Excitavi, inquiens, te, non permisi, Nam ex= **Ephe. 1.**  
citare est rei autorem esse, & ibidem. Ego, inquit, indu-  
xabo cor eius: operatur enim omnia secundum cōsilium  
uoluntatis sue. Et facit pacem, & creat malum. Et ex **Esa. 45.**  
ipso sunt oīa. Operatur ergo bona in bonis, & uasculis **Rom. 11.**  
misericordiae, mala aut in malis, & uasis irae. Taliaq; sub  
limia dei iudicia adorauerimus rectius, quam scrutati-  
fuerimus.

## CAT QVI O HOMO T V QVIS ESS?

**S**ecundum est argumentū ex persona iudicij carnis,  
cui durum uidetur diuinæ præscientiæ iudicium, tale ui-  
delicet, si uoluntas dei est ut peccemus, si omnium tam  
malorum iuxta ac bonorum est autor, & omnia secundū  
G 3 uoluntatē

**Ro. 9.** IN EPISTOLAM AD ROMANOS  
uoluntatem, & præscientiam eius fiunt, cur nos accusat  
cur malos punit? siquidē ipse eos indurauit, cui resisti  
nō potest, huic quæstiōni tanquam stultæ, & impiæ, per  
similitudinem respondet, eluditq; captū iudicij humani,  
quod operum dei nullā potest inuenire rationem, ut ex  
**Prouer.** eccl. supra dictum est. **¶** t uniuersa, propter semetipsū  
16. operatus est dominus, impiū quoq; ad diem malum. Pro-  
fert enim in medium uasa iræ, impios, ut per eos uascula  
misericordiæ, id est, pios exerceat. **Sicut** per Aegyptios  
Iſraëlem. **Deinde** ut misericordia clarius elucescat in ele-  
ctis, & iusticia in reprobis, ac latentur tandem iusti, cū  
uiderint uindictam, lauentq; manus insanguine peccato-  
ris, ut habet psal. 57.

**T**INVM DICIT FIGMENTVM EI  
QUI FINXIT.

**T**vas fictile contentum est sua sorte, nec causatur con-  
tra opificem suū, quemadmodum autem in manu, & po-  
testate est figuli, itidē & nos in manu sumus dei, qui fin-  
git in domo sua, uasa in honorē alia, in cōtumeliā alia, argē-  
tea, & aurēa, lignea, & testacea, quēadmodū illi fuerit  
**Hiere. 18.** uisu. **Sicut** Hier. ait. **N**ūquid nō sicut figulus iste potero  
uobis facere domū Israēl, ait dominus? **I**ccc sicut lutū in  
manu figuli, sic uos domus Israēl in manu mea. **P**roinde  
uasa iræ, id est, impij, cæci & scelerati omnes deploran-  
di magis sunt pijs, quam deuouendi, etiam si honoribus,  
ac diuitijs ad momentum affluxerint, quippe qui sunt ua-  
sairæ

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

52

*lairae diuinæ ad interitum apparata, sicut Pharao. Ecō  
trario pijs in medijs etiam afflictionibus & erumnis gau-  
dendum, quippe qui sunt uascula ad misericordiam præ-  
parata, quæ oportet igne impiorum excoqui, ut proba-  
tio fidei illorum multo sit spectatior auro, quod per ignē  
exploratur.*

## CAN NON HABEAT.

*Quasi diceret: Similiter autē et deus per spiritū suum  
operator bona in uasculis misericordiæ, id est, fidelibus  
mala autē per spiritum Satanæ in filijs iræ, id est, impijs,  
Nā ille agit in filijs immorigeris, ut ait ad Ephe. 2.*

## Q VOD SI DEVS.

*Oratio est ecliptica, id est, imperfecta, annotante &  
Erasmo. Potest autē absolui ad hunc modū, si subaudias,  
nō habent q̄ disceptent aduersus deū. Sin autē idem con-  
iunctim legas transferre licet, porro, et luculentior erit.  
sensus, atq; ita interpretatus est Philippus.*

## C SI FVERIT NVMERVS,

*Census est: non uniuersa gens non optima populi  
pars promissiones diuinæ amplexabitur sed infima, abie-  
ctissima, et cōtemptissima. Reliquæ ergo Israëlis saluæ  
erūt, etiā si bona optimatū pars in Christū impinget.*

## C SERMONE M ENIM.

*Census est: Dominus in compendiū cōtracturus est pro-  
missiones suas sparsim factas in uerbū fidei, et predicatio-  
nem Euangeli, quod credentes iustificat. Nam uerbum*

¶ Euange-

**Ro.**  
**9.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD R.O.**

Evangeliū iustificās breue est. Nempe crede, et iustifica  
beris, adeoq; perfectum, & consummatum. Nam uerbum  
legis perplexum est, & multa opera præcipiens, sed im  
perfectum, quia nihil ad perfectum deduxit lex, nullum  
**Hebr. 7.** opus iustificat. **Ro. 3.** **Gal. 2.** **i** quis uero diligenter intue  
atur Esaiam, ista est genuina huius loci sententia. Popu  
lus Israël redigetur in paruum numerum in quo iustitia  
dei erit per fidem. **E**t accipies uerbum uel sermonē mo  
re hebræo pro facto. q.d. rem & causam breuiabit domi  
nus, parvus erit populi numerus in terra, atq; h.e sunt re  
liquæ Israëlis saluatæ &c.

**C**NISI DOMINVS.

**C**ensus est: Dominus fide clectos iustificabit, adeo enī  
nō est conatum humanorum iustificatio, ut nisi dominus  
cōseruasset, nobis semen, omnes periremus, super eucr  
sione Sodomorum, et Gomorrah, **Gene. 19.**

**C**VID IGITVR DIC EMVS

**C**onclusio est & causa cur perierit Israël, nempe  
quod offendit in petram ruinæ Christum, & execa  
**Isa. 8.** tus iustitia legis, id est, operum externorum hypocrisi,  
**Luce. 2.** noluerit intelligere fidei iustitiam, id est, cor diuinorum  
**Isa. 28.** præceptorum amans.

**C**IVSTITIAM AVTEM EAM.

**C**ix fide iustitia, est nosse Christum atq; ex eo solo pē  
dere, iustitiam & opera illius sua ducere, **E**a operibus  
nostris non augetur, sed tantum in gratiam Christi ta  
lem se

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

leme se p̄estat proximo ex charitate, quale se Christus  
nobis per fidem p̄estitit. huic aduersatur iustitia operū  
que ex se pendet, ac fidei iustitiam aspernatur.

## ED TANQVAM EX OPERIBVS.

Cannota quam pulchre dixerit tanquam, ut Hypocri-  
sim potius accipias, quam opera, quippe quibus interni  
effectus reclament, quos tamen unus respicit deus.

## IMPEGERVNT ENIM IN LAPI- DEM OFFENDICVL.

Humania iustitia nō potest nō offendit iustitia fidei, cū z. Cor. 4.  
fides damnet quicqd est humanarū viriū, ut nō simus suffi-  
ciētes, cogitare aliqd ex nobis q̄si ex nobis, nedū facere.

## QUEM ADMODVM SCRIPTVM EST: ECCE PONO IN SION.

Pite. 28. T. 8. Testimonium hoc ex duobus Esaiæ locis conflatum est ca-  
Simeon. Nam cum Christus solus sit salutare dei, uia, uc-  
ritas, uita, dux, hostia, lux &c. quotquot hæc aliunde,  
quam ex Christo & in Christo querunt, siue in operibus  
suis, siue alia quacunq; ratione, impingunt in hunc lapi-  
dem, at ille positus est, proinde non labitur, labuntur er-  
go iustitiarij.

## C A P V T X.

F R A T R E S P R O P E N S A Q V I D E M  
uoluntas cordis mei, & depræcatio, que  
fit ad deum &c.

G 5 Occupatio

**Rō.10.** IN EPISTOLAM PAVLI AD Rō.

**T**Occupatio est qua præuenit quæstionem, quo affectu ferat fratum suorum ruinam, nempe paterno, cum his præstet, quod unum potest, propensum uidelicet animum, & assiduas ad deum precationes.

**C**SECUNDVM SCIEN-

TIAM.

**C**odem morbo laborant quotquot pietatem ex suo sensu, aut humanis traditionibus metiuntur, Nam si nos astro iudicio pijs esse possumus, quid opus fuit gratia ut elusceret omnibus hominibus, erudiēs nos, ut abnegata pietate, sobrie, iuste, & pie uiueremus? Quid opus fuit cœlesti doctore Christo, qui unus accepit testimonium à patre, ut illum audiremus? Id autem genus pietatis sua perstitionem uocamus. Et Paulus appositissimo uocabulo Ethelothriscian, id est, uoluntariam, seu arbitriam religionem uocat, qua nihil est pestilentius. Proinde uerae pietatis regula ex prescripto sacrarum literarum est petenda, Alioqui si deus semper bonam, ut aiunt, intentionem, cur hic iudeorum non respicere? Nempe quod non sit ex uerbi sui scientia. Videbantur sibi optime facere scribæ, totum diem sacrificando consuētentes, misericordiæ, & operum charitatis interim profundiſſime oblii. Quemadmodum & scribæ nostri, sed

**Matt.9.** quid audiunt? Misericordiam uolui & scientiam dei, & non sacrificium, Ita & missarij nostri semper quidem ut putant, sacrificant, totos dies in templis psallunt, sed scientiæ

Scientiae dei, & intellectus corum, quæ psallimus, nulla cura. Optima intentione uidebantur orare orationes Matth. 6. longas, nempe putantes, quod in omni multiloquio suo exaudirentur, quodq; non sibi tantum, sed & alijs placent deum, sed quia zelus erat hic, citra scientiam Matt. 23. Maius, inquit, iudicium accipietis. Vnde omnes traditio- nes humanæ, nisi libera charitate seruentur, nihil sunt in oculis dei. Quia stat sententia: Frustra me colunt do- Matt. 15. centes doctrinas & mandata hominum.

## NAM IGNORANTES.

Credentes in Christum iusti sunt ex fide, non sua ipso rum, sed Christi iustitia, quam ille credentibus in se com- municat, ut nihil præter se, ad salutem egeant. Nam ope- ra, quæ post fidem sequuntur, non augent iustitiam, sed sunt eius fructus. Hanc iustitiam ignorant operarij, qui non iuxta Christum, sed sua opera metiuntur iustitiam. Proinde quoties ex præscriptis operibus aliquid comi- serint, iam saluti suæ adeoq; iustitiæ aliquid deceperint ex istimant, idcirco nunquam ad uirum in Christo perfectū euadunt, sed sunt semper trepidi, & ut Paulus ait, semi- per discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis per- venientes, hinc doctores iustitiae, id est, fidei perseguun- tur, et fit illis Christus dei iustitia offendiculum, & ruina ut ait Simeon.

Ltt. 2.

Perse

**Ro. 10.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

**P**ERFECTIO LEGIS CHRISTI.

Christus solus impleuit legem, ut ait Matth. 5. et impleuit non sibi, sed nobis, sibi credentibus. Factus pro nobis maledictum, ut nos a maledicto legis eriperet; factus

**Gal. 3.** sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, et merito. nam in eius unius manu ea erat. Hinc Ioan. 1. Lex per Mo

**Gal. 4** sen data est, ueritas autem et gratia per Iesum Christum facta est. Gratiam opponit furori, quia lex operatur ira. ueritatem autem hypocrisi, quia lex per opera externa hypocritis tantum facit, non ex corde bonos, dum affectus non transformat. Est igitur sensus, Ideo non iustificamur per legem, ea enim in hoc data est, ut nos condemnem. Impletur autem a Christo, et eius impletio imputatur nobis credentibus. Hinc ad Gal. Lex, inquit, propter trans

**Gal. 3.** gressiones posita est, et est pedagogus noster ad Christum.

**M**OSES ENIM Scribit de Iu.

Duplicem dicit esse iustitiam Legis, que exigit opera, et (cum spiritualis sit) operibus respondentem affectum, dicentemque, qui facit hoc et hoc iustus est. Fidei, que de suis operibus desperans (cum in conspectu dei nemmo uiuens iustificetur) Christo per uerbum promissionis nititur, qui credentibus legem impleuit. Ea enim dicit, credere, et iustus es. Nam fide purificat corda nostra de

**Act. 15.** us. Que autem post consecutam ex fide iustitiam operamur, non lex facit, sed Christus, per fidem in cordibus nostris habitans.

**Gal. 5.** Quemadmodum ait Apostolus: Viuimus

*iam non ego.*

**P**ROPE TE VERBUM Tuum.  
 Densus est, quoniam Euangelium fidem tantum requiri, fides autem experientia rerum non flagitat, (cū sit certitudo rerum sperandarum, & needum apparentiū) sed uerbo ueritatis, deoq; mentiri nescio nititur. **N**ihil opus esse, ut more Iudeorum, uel cœlitus, uel ab inferis argumentum fidei præstetur, sed ex solo uerbo promissionis pendeamus. q. d. Cordi tuo quies erit, ad eoq; & iustificaberis, si uerbum dei corde comprehendenteris. **N**am hoc aut illud opus nō iustificabit te, sed si deo ex corde credas. Illud uerbū fidei corde conceptū & amatū iustificabit te. Sicut dicit: Ut audias uocē meā, & credas mihi. Proinde fide iustificamur. **Q**uēadmodū autē gratiae lux Christus, etiā ante Ioannis testimonii innocentī conuagatione in tenebris, id est, inter homines naturae & conscientiae lumen tantum sequentes, lucebat, nec tamē Hier. 6. ab illis comprehendebatur esse lux. **I**ta & Euangelium frustra in libris habemus, nisi uia id uoce nobis personet, quod credentes illustrat, præsensq; est apud eos in corde, modo crediderint, ut ducē gratiae uel cœlitus, uel ab inferis petere nō sit opus, sed fide tātū uerbū dei corde cōcipere, quo cōcepto, iā nouus homo factus es. **N**am euangeliū nihil requirit, nisi cordis innovationem.

**VIS ASCENDET.**

**D**icere in corde, quis ascendit in cœlum, est dubitare  
de

**Ro.10.** IN EPISTOLAM PAVLI AD R.O.

de Christi glorificatione adeoq; nostri per eum iustificatiōne dicere uero in corde, quis descendet in abyssum? est dubitare de Christi pro nobis abiectione, qui pro nobis traditus est morti & inferis, sed teneri non potuit, adeoq; hoc est dubitare de nostri à morte & inferis redēptione. Atq; ita ad utraq; quæstionē, quis descendet? quis descendet? respondetur Christus, qui nobis factus est iustitia, redēptio &c. qui uerbum illud nobis attulit unde credentes iustificantur.

**C**NEMPE SI CONFESSVS fueris.

**C**onfessio ea ad salutem necessaria est, quemadmodū ait, Qui me erubuerit, & sermones meos coram hominib⁹ &c. Neq; enim aliter fratrem nostrum ad Christū pellicere possumus, nisi quod ipsi toto corde credamus, & illi ad salutem ore confiteamur, ac per uerbum euangelicum illum domino lucremur.

**C**DOMINVM AVTEM AIT.

**C**himirum peccati, mortis, adeoq; & inferorum. Nam illa eius uictoria tyrannidis, omnium horum est abolitio, quia absorpta est mors per uistoriam, id est, uictorem Christum, & Deo autem gratia; qui dedit nobis uictoriū am, haud dubium peccati & mortis.

**C**DIVES IN OMNES.

**C**dives quidem est, sed tantum in inuocantes. Neq; enim recipere poteris, quod te recepturum non credidestis. Hinc est quod dominus omnia beneficia sua fidei trahit.

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

56.

tribuit. Fides, inquiens, tuate saluum fecit. & Sicut cre- Matth.13  
didisti, fiat tibi. & in patria sua non potuit miracula face  
re. Proinde quotidie illā oportet alere, & exercere, do  
nec in uirum perfectum adolescamus. Quia nullus spera-  
uit in eū & confusus est.

**Q**VIS QVIS ENIM IN VNO. &c.  
**I**obelis.2. & Act.2. Est autem ditiissima, & opulentissi-  
ma promissio, aptissime conueniens ei, quod praecessit,  
singulari emphasi accipendum. Diues, nempe plura et  
maiora donans, quam possit infirmitas nostra aut petere  
aut sperare, sicut ait: Potens est facere omnia abundantiae Ephe. 1.  
us quam peccatum aut intelligimus. Proinde pium dogma  
Christianum esto. Si quis credat placari deum per fidē  
in Christum, condonariq; peccatum per hoc solum, ci-  
tra omnes satisfactiones, quæ obscurant Christum. Nam  
euangelium gratiam, uitam, salutē, & quid tandem non  
ijs tantum promittit & donat, qui fide coherent cū Chri-  
sto, eoq; frati, nihil non audent, etiam contra inferorum  
portas. Proinde euangelica iustitia fiducia est in Chri-  
stum.

## **C**NISI MISSI FVERINT.

Sicut scriptum est.

**C**mittendi autoritatem nemo habet, nisi unus Christus,  
qui ait: Euntes in mundum uniuersum &c. & Ecce  
ego mitto uos. Hinc de pseudoapostolis: Quotquot ue-  
nerūt fures sunt & latrones. Et ipsi currerāt, & ego nō  
mitte

**Ro. 10.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

mittebam eos, & ipsi prædicabant, & ego nō loquebar  
ad eos, De Ioanne autē, Fuit, inquit, homo missus à deo.  
Mitti ergo est non quæsita occasione, immo potius iniui-  
tum, uel consensu ecclesiæ, uel uocatiæ numinis ad mi-  
nisterium uerbi feligi, quicunq; ergo sonuerit tibi Chri-  
stum, tibi Christum sonuerit, missum à deo ne dubites. Si  
icut de Ioanne scriptura dicit, Si traditionum humanarū  
fecem proponit, pseudoapostolum esse ne dubites. Stat  
enim sententia, ut testimoniu perhiberet de lumine. Pro  
inde cauendum ne nostro affectu ad hoc munus nosmet  
ingeramus, sed uocationem numinis, uel perse, uel per  
ecclesiā, aut potestatem, cui ea credita est, expectemus  
Non enim obliuiscetur nostri deus, Si nos aptos ei mune-

ri uiderit. Non tamen aspernandus illius zelus, qui pio  
studio huc aspirarit. Nam & apostolus bonum opus ait de  
syderare cum, qui Episcopi munus optat. Quippe qui fa-  
me, rerum, ac uitæ discriminis contemptor, solius dei glo-  
riam fitiat.

**C**QVAM SPECIOSI SVNT PEDES.  
**C**ulgare est in scriptura, opus prædicationis euange-  
licæ uocari cursus, ut ad Gal. 1. & 2. Ti. 4. & in psal. uel o-  
citer currit sermo eius. Hinc uerbi præcones pedes Chri-  
sti uocantur, quod per illos ad hominum noticiam amba-  
let Christus.

**T**AT NON OMNES.

**E**nangelium exigit, ut nostris iustitijs, meritis, adeo-

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

51

¶ omnibus uiribus diffisi, ex solo abunde diuite, in se in-  
uocantes Christo pēdeamus, qui factus est pro nobis pec-  
atum ut nos essemus iusticia in illo, atq; in pietate non  
affectum nostrum, sed lucem gratiæ Christum equamur.  
Deniq; non iuxta nostra uel merita uel demerita metia-  
mur, sed iuxta uerbum promissionis illius gratuitæ, Huc  
affectum bona pars mortalium, curis, uoluptatibus, et  
ambitione præpedita, ut habet parabola de inuitatis ad  
œnam negligit, maxima autem pars suis iusticijs, et ope-  
ribus adeo fudit, ut per illa non tantum sibi, sed et alijs re **Luc. 14:**  
gni dei ingressum pollicentur, adeoq; ut uendant sua  
merita, à quibus cauendum tanquam rapacibus lupis, to-  
ties monet dominus, itidem et apostoli. quippe qui sim-  
plices pestifer a meritorum persuasione, à Christi fide di-  
uellunt, suisq; iusticijs, id est, panno mensruo polluto, in  
nati docent. Ut non sit mirum **Esa. 64:**  
mos euangelio, id est, diuinis promissionibus se toto cor. **Psal. 18.**  
de, circa ullum operū respectum submissuros.

## IN OMNEM TERRAM.

**E**xiuit, inquit, non autem peruenit, quia fortassis aut  
adhuc multæ erant insulæ, et regiones, ad quas Euange-  
lij prædicatio necdum peruererat, suo tamen tempore  
peruentura. **Q**uemadmodum Paulus uetus est uerbum  
deiloqui in Asia, uocatus autem est in Macedoniam. **Hic Act. 18.**  
ad Colos. dicit Euangeliū in uniuerso mundo fructifi-  
care, et omni creaturæ, quæ sub cælo est, innotuisse, nō  
H simul,

## **Ro. II.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

simul, sed à suo cuiusq; tēpore, iuxta ordinatissimā dēi,  
oīa secundū consiliū uoluntatis suae operantis, dispensa-  
tionē. Ait enī: Et prædicabitur hoc euangeliū regni in to-  
to orbe terrarū, et tūc ueniet consummatio. Matth. 24.

### **C** SED DICO.

**T**ostendit Paulus superius Israēlem cæcitati sue p̄texere nō posse, quod de salvatore nostro nō audierint  
**I**o. 4. Nicodemus: Rabbi scimus quia à deo uenisti magister.  
Et multi, inquit, ex principibus credebant in eū, sed propter phariseos nō confitebātur, ne absq; Synagogafie-  
rent. Exæcati autē partim malicia, partim inuidia, de-  
gentiū salute concepta, dum malunt gentibus inuidere,  
quām illorū fidē æmulari, partim autē humano pudore,  
dū plus diligunt gloriā hominū, quām dei, id quod duo-  
**E**sa. 65. rum prophetarum testimonio astruit.

### **C** TOTO DIE EXPANDI.

**I**d est, certauī benefactis semper cum incredulis, ac bla-  
fhemis in Beelzebub me ejccere dæmonia blasphemanti-  
bus. Luc. 10. & Samaritanum esse, & dæmonium habere  
dicentibus. Io. 8.

### **C** A P V T XI.

**D**ICO IGITVR, NVM REPVLIT  
deus populum suum? absit, nam & ego Isra-  
élita sum &c.

**C**onclusit ca. superiori prophetarum testimonij in-  
uenitum

uentum à gentibus deum. Israëli autem frustra beneficia exhibuisse, nimis incredulo, & contradictori, ne totam gentem quis putaret abieclam, occupatione rem diluit, docens suo, ac ueteris historiæ exēplo deum suos, quis paucissimos. & nulli, nisi uni sibi cognitos in mundo uel corruptissimo semper habere. Simile quippiam iā aliquot seculis factū, nemini dubiū, ut cū totus mundus penè, ab omninationē desolationis in loco sancto stante adorarit, genuq; curuarit, immo ad spurcissimorum pedum oscula etiā imperatores procubuerint, electos suos ab hoc eratore deus præseruauerit, aut certe ad ueritatem træduxerit, Est itaq; consolatio per exemplum.

### **T**IMAGINI BAAL.

Baal id olū erat Accaron, cuius zelo lesabel dei prophetæ fecit occidi. Alio noīe Beel phegor seu Baalpeor erat aut̄ idolū Priapi autore Hiero. in Esa.ca.15.

### **Q**UOD SI PER GRATIAM.

Inthimema est, id est, si logismus imperfectus, docens pugnantia esse gratiam & meritum, illaq; nos sola seruari. Simile ad Ephe.2.

### **D**EDIT EIS DEVS.

Explicit prophetæ sententiam additis nonnullis de natio iu-  
suo. Compūctio autē hic in malum sumitur, ueluti cū alie dæoru-  
ne felicitatis dolore quis compūgitur. Sicut iudei in mis- q; adeo  
raculis & doctrina Christi. increpa, inquiunt, discipulos oīm qui p  
tuos, & postea in gentium salute. 1. Tess.2.

H = Vertatur euāgeliū

Condem-

sequūtur

**Ro. II.** IN EPISTOLAM PAVLI AD R.O.

**ps 68.**

**10.5.**

**Ephe. 1**

**C**VERTATVR M ENSA ILLORVM.  
Mensa, ex qua iudæi enutriti sunt, & de qua uite p[er]nem comedenterunt, lex est et prophetae, quæ illis in laqueum fit, captionem, & officidiculum, dum Christū, in quæ ceu scopum omnis scriptura diuina tendit, non recipiunt, sed alium quendam sibi pollicentur, qui promissio[n]es diuinæ spirituales, carnaliter exhibeat, cū Christus nos coelestibus benedictionibus erat locupletatus, Fit & laqueus prædicatio euangelij omnibus impijs, quod ex illo non emendentur, sed occasionem peccandi su[m]ant, ut siat eis odor mortis in mortem, sicut pijs odor uitæ in uitam. 2. Cor. 9.

**C**ET TERGV M ILLORVM.

**I**sai. 51. **T**ergum iudæorum maximis scrututis oneribus premitur, Ni mirum peccati & legis, quæ si uellent per fidem Rom, 10. in Christum deponerent, in quo posuit deus omnium iniuriam nostrum. Et qui est finis legis ad iusticiā omnium credenti. Hec duo sequitur tertium onus multo miserrimum, afflictæ scilicet conscientiæ, quod nunq[ue] sinit eos erecta mente ad deum contendere, sed semper metu senili aspectum eius fugere. Horum autem onerum symbolum est hæc externa scrututus, qua cæterorum nationum principibus sunt subiecti, quæ admodum domino repudia[n]to dicebāt ad Pilatū. Nō habemus regē nisi cæarem.

**C**NVM IDEO IMPEGERVNT.

**C**Repeditio est questionis superioris, cui respondet apta

AND. KNOP. INTERPRETATIO.

59

\*pt a causa à fine.

**A L V S C O N T I G I T .**

Hinc Paulus reijcientibus & blasphemantibus uerbū  
domini Iudeis. **V**obis, inquit, oportebat primū loqui uer **A&t.13.**  
bum dei, sed quoniam repellitis illud.

**C A D A E M V L A N D V M .**

Dū enim uident Iudei tantas bonitatis diuitias in gen **Aemula-**  
tes deum effundere, quibus nihil ex promisso debebat, tio iudea-  
& ipsi fiducia concepta, tanto magis sibi id de eo polli- orum.  
cetur, quibus facta est promissio quām gentes, quibus so-  
la misericordia est salutis occasio. **infra ca.15.**

**D I M I N V T I O I L L O R V M .**

**I**hesus est: Si Israēlitarum incredulitas, & defeclio, tā  
prospere cessit gentibus, ut p̄ illorū cæcitatē reciperent  
Euāgeliū, quāto magis eorū cōuersio est gētibus saluti  
futura. Annotabis ut diuina sapiētia oīa suauiter dispo- **Sap.8.**  
nat, etiā res pessimas in optimū exitū cōuertendo. **Q**uid  
enī lacrimis dignius, q̄ eos, quibus salutis promissio facta  
est ab ea excidere? At casus ille multititudini gentiū fuit  
ans recipiendi Euāgeliij, **Q**uēadmodū nō uno in loco  
prodidere Prophetæ. Adeoq; patriarcha Gene. 49. Et **Matth.3.**  
ipse dominus. Multi ab oriente, et occidente uenient.

**V O B I S E N I M .**

**A**póstrophe est ad gentes, quarū cū erat apostolus, ut  
hic, et l. Timo. 2. & alijs in locis cōfitetur, et ex actis di-  
scimus, dicit se adniti, ut gnauiter obeundo, commissum.

**Ro. 11.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.**

**Act. 22.** munus, illustrius illud reddat, Hortatur ne gentes auersen-  
tur Israëlem, suo tempore ad dominum reuersurū. Pro-  
inde sensus est: Vobis gentibus ministeriū meū fideliter  
præsto, ut æmulatione uestri inuitem Israëlitas.

**ET SALVOS REDDAM.**

**Cura de** **C**vide hic inscrutabilia dei iudicia. **T**ā supra ostendit in  
salute Iacob et Esau prædestinatos ad uitā perire nō posse, &  
proximi. probatos seruari nō posse, & præscientiā diuinam, qua  
**Ephe. 1.** oīa deus facit iuxta consiliū uoluntatis sue, tantis scri-  
pturarū argumentis astruxit. **H**ic tamen iterū loqui uide-  
tur, quasi humanus conatus etiā quicquā ad rem facere ui-  
deatur, Nimirū ut doceat nos etiā erga reprobos affectū  
fraternū, & industriā nostram, pro uiribus, exhibendam  
esse, quemadmodū ipse dominus pro crucifixoribus suis

**Phil. 1.** orauit. Et Philipenses hortatur Paulus, ut adiuuent de-  
certantē fidem euangelij, cū utiq; illud humanis præsi-  
dijs nō egeat, sed ut industriā & conatu nostrū require-  
re deum doceat, præsertim in ijs rebus, in quibus salutis

**Rom. 12.** negotiū agitur, **H**inc infra eū qui præest in diligētia multa  
præesse. Quemadmodū & de se ait, incumbēs mihi cui-  
us quotidiana omnium ecclesiariū. **z. Cor. 11.** Discamus igit  
ur & nos gnauiter præsidere ijs, ad quæ deus nos uoca-  
uit, quantumuis ea abiecta uideantur in oculis hominū.  
**D**eus non opus, & officium, sed fidem, & affectum pens-  
sat. Patriarcharum uidetur, in oculis carnis, abiectissima  
conditio, nempe pascendorum pecorum, at illa plus deo-  
proba-

AND. KNOP. INTERPRETATIO. **60.**

Probata est, quām illa speciosissima hypocrisis scribarū & phariseorū, infinita sacrificia, et orōnes prolixas multe implicantiū. Stat enī sūnia: Doic oculi tui respiciūt fidē. **Hiere. 5**

**C**ONIECTIO ILLORVM.

Sensus est: Si reiectis illis tam immodice liberalis fuit deus in gētes, q̄to liberalior in iud. eos futurus est, si eos assūpererit. Erit enī assūptio illorū uelut uita ex mortuis.

**Q**UOD SI PRIMITIAE SANCTAE

Duplici similitudine proposita. Mole, id est, farinæ oleo cōspersæ, & arboris docet posteritatē Patriarcharū, ob nativam patrū pietatē, facile ad fidē conuerti posse. Si modo succū radicis, id est, fidē patrū combiberint, quē si nunquām biberint exarescūt, excidūtur, desinunt esse rami, id est, eorū posteri, quemadmodū dominus apud Ioan. Vos, inquit, ex patre diabolo esis. **Io. 8.**

**T**U VERO CVM ESS ES.

Oleaster sylvestris & sterilis est olea, qua idolatras gētes significat pinguedinis sp̄us Christi nō participes, & ob id tantū spinas, et tribulos uitiorū germinātes, nec enim arbor mala fructus bonos potest facere.

**C**ECC E IGI TVR.

Docet apostolus contēplari opera dei quēadmodum nō uno in loco propheta, ut Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum, et iterū: **M**emor fui dierū antiquorū, meditatus sum in oībus operibus tuis. psal. 142. & **M**emor fui iudiciorum tuorum à se-

**Ro. II.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD RO:**

culo domine. Psal. 118. **E** contrario autem. Ve quis surgitis  
inquit, mane ad ebrietatem sectandam, & potandum us-  
q; ad uesperam, ut uino aestuetis, opus autem domini non  
respicitis, nec opera manuum eius consideratis. **V**aticini:  
**Esa. 5** um nimis uerum temporibus nostris, præsertim apud au-  
licos proceres, ad quorum tamen amentiam etiā illa mū:  
di lumina, id est, sal infatuatum & insulsum, mire conni-  
uent, imò ipsi in primis sunt qui uinea domini abusi à p;  
pheta cōdemnātur, qui nō uineæ sed sibi cōsulunt.

**NON ENIM VOLO.**

**C**onfirmatio est argumenti superioris. Speramus autem propitio deo hoc Pauli uaticinium propediem complendum, cum haud obscura iudicia quotidie cernamus. Nempe resuscitari linguarum donum hactenus consopitum, **E**nergiam suā ostendere euangelium, penè obliteratum, & maximam populi partem sitibundo spiritu uerbum dei amplexari, præter paucos aspides surdas, id est scribas & hypocritas, serpentum genimina, quibus frustra uiuum dei uerbū personat. **Q**ui ppe qui toti sunt stupidi, & talpis cæciores. **Q**ui dicunt domino, Scientiā uiarum tuarū nolumus. & **N**olumus hunc regnare super nos. **Q**ui filij sunt mendaces, nolentes audire legē dei, qui dicunt uidentibus, nolite uidere, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea que recta sunt, loquimini nobis placentia, uidete nobis errores, aufrte à me uiam, declinante à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israël. Sup quo

**Job. 21.**

**Lu. 19**

**Esa. 30.**

**Tessa. 2.**

**Ioan. 8.**

## AND KNOP. - INTERPRETATIO. 61

quos ira dei in finem usq; peruenit, ut impleant peccata  
sua semper, & in peccato suo moriantur. Idem iudicium  
manet cæcos mundi principes, qui conueniunt aduersum Ioh. 8.  
dominum, & aduersum Christum eius. Reuersionem iu Psal. 2.  
dæorum ad fidem prædictum est Oseas cap. 3. & Asalias. 2.  
Para. 15. Et ante utrumque Moses Deut. 4.

### **A D V E N I E T E X S I O N.**

Adduxit hoc testimonium iuxta septuaginta, in super  
& de suo addidit, cum abstuleret peccata eorum. Quo ex-  
pliavit uocem à propheta positam diathecc, id est, testa-  
mentum, quod Hebreis sonat foedus. Per testamentum er-  
go iam tum incarnatione, & mors filij dei, adeoq; & iustifi-  
catione nostri sub cōpēdio significabatur, cum deus mori ne-  
queat, et testamentum nō nisi testatoris morte cōfirmetur. Heb. 9.

### **N A M D O N A.**

Sensus est: Semel donata electione hæreditatis suæ pa-  
tribus deus sine dubio eam præstat, ijs quos præscijt, nec  
penitudo habet locum in eo, etiam si indigni uideantur  
ijs quibus promissio facta est: Lectio enim digna est. Pro-  
misit autem hæreditatem omnibus posteris Abrahæ, quā  
& præstabit, modo illi rei cære desierint.

### **P R O F V N D I T A T E M.**

Exclamatio est ad huius consilij dispensationem per-  
tinens, qua factum est, ut gentes hastenus prophætæ, ac  
suis ijs ingredi permittæ, subito ad Euangelij gratiam  
uocatae sint. Iudei autem, quibus ea fuerat promissio fa-

# **Ro. 12.** IN EPISTOLAM AD ROMANOS

cta, ob perfidiam, ab eadem excidere. In tam incompre-

**Act. 14.** hensibili<sup>9</sup> dei iudicijs exclamat Apostolus, q. nullā ua-

leat operum dei scrutari rationē, ut ait propheta. Proin-

**Eccle. 8.** de rectius ea adorauerimus, quām scrutati fuerimus, dicē-

tes: Iustus es domine, & rectū iudicium tuum.

**Q**VIS ENIM COGNOVIT.

Locisunt Sap. 9. Esa. 40. &c. 1. Cor. 2. capitibus.

**C**APUT XII.

**B**SECRO IGITVR VOS FRA-

tres, per miserationes dei, ut præbeatis  
corpora uestra.

**D**isputationi de peccato, lege, gratia, & electione, lo-

**P**aræne cum paræticum, adeoq; & moralem subiicit, quod nus-

**S**cs Pauli quā non facit, idq; propter carnales, qui gratiæ prædi-

cationem, & fidei libertatem, peccandi putant esse licen-

**T**iam: cum fides eius naturæ sit, ut mortificet peccandi af-

fektū, modo facta non fuerit, & mortua historiæ opinio-

**C**ontinet autem hic locus Christianorum morum institu-

tionem, & quomodo carnem spiritui subiiciamus, Nam

**u**imdicatur nec adhuc perfecta est iustificatio nostri, dū

**c**aro necatur, spiritus augescit, ac renouatur de die in di-

**e**m. **N**otabis etiā, quām longe diuersa bona, ut aiunt,

**o**pera doceat, quām spermologi nostri, qui præter regu-

**l**as, rosaria, missas uotiuas, dulces benedictiones, & an-

**l**es orationes, quibus animas ex purgatorio redimāt, id

**e**st, seipso<sup>s</sup> inferis deuoueant, nihil norunt sonare. **P**re-

**terea**

AND. KNOP. INTERPRETATIO.

62

terea obsecro ait, non impero, mando, aut simile, quo legis & euāgelij discriminē indicat. Lex enim minando præcipit, Euangeliū cū māsuetudine allicit. Percutit & Episcoporū tyrannidē, qui nihil mansuetū et Christianū, sed tantū diras, execrationes, anathemata, & fulmina sonare norunt, sed districte, sic enim aiunt, mandantes, profundissime oblii illius. Reges gentium dominantur eo: **Lu. 22.**  
**1. Pe. 5.**

VIVENTEM.

**G**in lege pecudes, iuxta temporis rationem, offerebāt, nūc nos ipsos deus postulat, p quibus redimēdis occubuit, nō ut nos ipsos mactemus, sed prauos affectus mortificemus, quæ ratiōe prædicta est hostia, quā unā à nobis exigit deus, quæ uere cōmunione sp̄iū eius est sanctificata, adeoq; illi gratissima.

ET NE ACCOMmodetis uos ad figurā.

**S**eculi ac mundi appellatione in scriptura, accipien-  
di sunt homines impij, qui uitæ suæ rationem ita institu-  
unt, ut nō uideantur in coelum aspirare, sed hic patriam  
habere. Proinde in rebus mundi sapiūt, ijsq; afficiuntur, **Seculu-**  
**Mundus** iudicium carnis tantum sequentes, cœlestium ac spiritualium pro-  
forsus ignari. Hinc Christus regnum suum negat esse  
de hoc mundo. **A**ffectum, & id genus hominum, spiritum i., **Cor. 2.**  
huius mundi appellat apostolus. Vult igitur, ut nouatis  
per spiritum dei, uerbumq; euangelicū, sensibus, alterius  
sumus iudicij atq; mundus hic, nempe non iuxta affectus  
nostros

## **Ro. 12.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

nostros, sed dei uoluntatem omnia aestimantes. Nam ple-  
rūq; gratissia deo sunt illa, quae iudicio carnis nostræ ui-  
dentur molestissima, qualis est affectuum mortificatio.

**Matth. 6.** Deinde ut nos nihil adeo afficiat, atq; illa quæ fidei sunt  
et pietatis, ut primum queramus regnum dei, et iustitiam  
eius: deinde posteriorem curam corpori impendamus,  
cum mundus econtrario faciat in rebus caducis, supra  
modum sapiens: in his quæ ad decum spectant, fruncis est  
stupidior. Mūdi ergo uocabulum in affectibus magis est  
quam externis, ut in mundo simus, quā diu nos res mūdi  
afficiat. Similiter intellige de nō in mūdo esse. Ioā. 17.

## **EVOLUNTAS DEI.**

**E**voluntatem dei nihil nobis exactius ministrat, quam  
diuinæ literæ adiutorio spiritus reuelatæ. Quam nisi co-  
gnoueris, ac iuxta eam uitæ tuae rationem institueris, su-  
perstitiosus es et impius, etiam si tibi seraphicus uidea-  
ris. In autem illam secutus fueris, in pietatis studio, deo  
gratus es, et probaris, etiam si impius et stultus in oce-  
lis carnis uidearis.

**Matth. 15.** Nihil enim agnoscit deus, nisi quod  
prodidit, frustra illum colunt quotquot traditionibus ho-  
minum seruiunt, ut est bona Monachorum et Sacrificiu-  
lorum colluuiies, qui si consultum sibi uellent, hunc atq;  
similes locos scrutarentur, quod deus misericordiā uult  
et non sacrificium, scientiam sui, non orationes longas,  
regnū internū, non externos pretextus.

## **QVOD BONVM EST.**

Hec

**H**æc tria genere neutro legere Augustinum & similiter Ambrosium annotat Eras. ut non ad uoluntatem, quemadmodum uisum est ueteri interpreti, sed ad omnia illa, quæ præmissa sunt referantur. Nempe ut nostra ipsorum corpora deo exhibeamus, ut nō conformemus nos huic seculo, sed simus per spiritū nouatis animis, pantes quæ sit uoluntas dei.

### DICO ENIM PER Gratiam.

**Q**uam modeste loquitur Apostolus autoritatis sibi à Christo traditæ mentionem faciens, quam non à Christo sed alio quopiam, & longe dissimillimo, emptam plenis buccis crepāt & iactant lupi nostri. Ut sit, Dico, hoc est rogo quidem, & inubeo, sed non citra autoritatem, sed per gratiam mihi datam. Gratiam autem uocat functiōnem apostolicam, Euāgelium inter gentes euulgandi ut ad Ephes. 3. & aliquot compluribus locis est cernere. Quod eā non emerit, aut seipsum ingesserit, sed gratis per munificentia diuinā ad eā sit uocatus.

### UT MODESTVS SIT.

**C**ordo est, Quisq; sentiat de se, ut cuiq; deus partitus est mensuram fidei, ut sit modestus & sobrius. Arrogantiam in primis uult arcendam, ne, qui opibus aut donis precellunt, plus cæteris sibi tribuendum putent, Cū do tes, quantumuis tandem magna sint, dei sint, quas ille nō merito humano, sed sola fide communicat, non ad fastum aut tyrannidem nostram, sed ut in communem omnium tilui

**Con epoꝝ IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.** 12  
**arrouga** utilitatem eas conferamus, **Huic sanctissime doctrinae,** &  
**nom.** eis, qui hodie sedes apostolorū occupant, tantū cōuenit  
quantū luci & tenebris, Christo & Belial, iusticie & ini-  
quitati. **Cū** aures habeant Reueren. patres, ac domini tā  
molles, ac delicatas, ut uerbis quantumvis magnificis, &  
splendidis nō tamen illis satisfeceris, quin semper splendi-  
diora sitiant, neq; id sane mirū, cum functionē, aut potius  
tyrannidē suā ab eo emerint, qui frontē blasphemis ple-  
nam habet, et meretricis erubescere nescientis, qui supra  
omne, quod deus dicitur effert se. **Quid** igitur mirum  
si eius farinæ sint, & apostoli illius, contingatq; dignum  
patelle cooperculum?

**COVEM ADMODVM.**  
**C**ulcherrima, & satis apposita similitudine docet quo  
modo affecti debent esse, erga se mutuo Christiani, qui  
unum habent caput Christū, suntq; oēs alter alterius mē-  
bra in uno corpore ecclesia, quemadmodū uberioris profe-  
tia Cor. 12 quitur ad Corinthios. **Nimirū** quo pacto affecta sunt mē-  
bra erga se mutuo in corpore, uel tuo, uel animancis cui-  
iusuis. **O**culi quātūuis nobilis pars corporis, nō sibi unis  
sed toti corpori uident, nō aspernantes uel infimā corpo-  
ris partē. Itidē qui dotibus præcellunt, nō sibi inde place-  
ant, quas consecuti sunt ad subleuanda membra inferio-  
ra, que si sprecuerint, aut lēserint, totum sanctorū corpus  
**A**ct. 9. lēdunt, ipsum etiā Christum, **Quid** inquit, Paule me per-  
sequeris? adeoq; deum ipsum, quem admodum ait Samu-  
eli,

AND. KNOP. INTERPRETATIO.

62

eli: Non te, inquit, sed me abiecerunt, ne regnem super  
eos. Qui ergo uni capiti Christo omnes indissolubiliter 1. Reg. 8.  
sumus connexi, id quod corporis ratio dictat, capiti no-  
stro, adeoq; membris omnibus præstamus obsequium. So-  
les enim, si uertex tuus impetitur, si manum non potes,  
saltē ter gum obuertere percussori, ut saluū caput obti-  
neas. Offeramus & nos, si domino sic uisum fuerit, hodie  
pro gloria capitis nostri momentaneam hanc uitam, quā  
gloriam Romanus lupus suo nomine obscurauit, se pe-  
tram, se uicarium Petri, caputq; ecclesiæ impudentissi-  
me mentiens, Bene quidem uicarius, nam uicem absen-  
tis obit ille. Futurus erit nobiscum per uerbū euangelicū  
& spūm suū, usq; ad seculi consumationē ipse Christus,  
at postquam relicto Euāgelo eius, humanas constituti-  
ones sumus complexi, elogauit se ille à nobis, sedetq; e-  
ius ex hominum cordibus Euāgelo, in templo dei ab-  
ominatio desolationis, ut pluris sit eius mandatū uiolasse  
quam dei. Hic pro ipsis capitum gloria, membrorūq; no-  
strorū salute, quæ ubiq; hodie, ob euangelij prædicatio-  
ne persecutionē sentiunt, pro uiribus decertemus.

HABENTES DONA, Iuxta gra.

Prophetiam donū interpretandi sacras literas uocat :  
quæadmodū ex 1. Cor. 14. discimus. Portionem, inquit, fi-  
dei, ut uidelicet intelligamus, eo donū esse maius, quo fi-  
des nostra fucrit tēgrior, et diuinās literas imō singulos  
corū apices, tāq; mera oracula obseruemus, exosculemur  
tanq;

& ado

# prophetia.

**Ro. 12.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

**g. Cor. 14.** **G**adoremus, mera esse numina scientes, etiam si intellexi  
et consequi non dabitur. **R**euelat enim Christus per spi-  
ritum suum, cuique, quantum, et quando uult. Si alij, inquit,  
fuerit reuelatum, prior taceat. **E**s ergo prophetia, sed  
ita, ut sit prophetia similis fidei, et scripturæ, nec ponde-  
rata humanis rationibus, nec torta ad humanum affectum,  
iuxta illud: Si quis loquitur quasi sermōes dei loquatur.

## C SIVE MINISTERIVM.

**Act. 6.** **M**inisterium uocat diaconorū officium, illi enim erāt  
et ministerium in hypocrisim degenerauit, et res eccle-  
sie oiosum, et ignavum sacrificiorum, monachoum  
et monacharum uulgas absunit, qui inde uentri seruūt  
lasciuuntque, unde uiduas et pauperes sustentationem opor-  
tit. O tempora nostra.

## C SIVE QVI DOCE T.

**C**Aliud est docere, aliud exhortari. Nam doctrina spe  
est ad imperitos, **E**xhortatio autem ad peritos, ne in of-  
ficijs pietatis torpeant. **V**trunque oportet esse in Euangeli-  
**Tit. 2.** lico præcone, quemadmodum ad Titum. Hæc loquere, in  
quit, et exhortare. **A**ugustinum inuenimus disputando,  
et docendo acriorem fuisse. Hieronymum adhortanda  
uehementiorem.

**C**IN SIMPLICITATE QVI PRÆEST.  
**C**Similiter dominus Matth. 6. te autem faciente elemo-  
niam, nesciat sinistra, quid faciat dextra, Hoc est, eo ani-  
mo opus

**II. Qui impertit**

## AND. KNOP. INTERPRETATIO. 65

Mo opus, exequare, adeoq; in eo nihil tuum quæsiceris, sed  
tantum dei gloriam, ac fratris opem, perinde atq; ipse id  
ignores. In hoc peccant quotquot perpetuas, ut aiunt,  
memorias sibi relinquunt, uel in missis, aut in horis, aut  
temporis fundatis, qui dū inanem uocum, aut campanarū  
strepitum in oculis hominum captant, & memoriam hic  
querunt, in obliuione coram deo sunt, qui uetus nos tue-  
ba canere, aliquid illius dignum oculis acturos. Qui pest //

## DINDILIGENNTIA.

**D**nam dominus requiret sanguinē animarum eorū, qui  
bus præsumis de manu nostra. Proinde Apostolus, Con-  
testor, inquit, uos omnes q; mundus sum à sanguine om-  
nium uestrū. Non enim subterfugi, quo minus nunciarem  
omne consilium dei uobis. Proinde hic iterum annotabis: **I**zech. 5.  
quale iudicium maneat cæcos speculatores nostros, canes  
mutos, nō ualentes aduersus Sathanæ concursus latrare. **E**sa. 56.

## DILECTIO.

**S**ic Ioannes: Non diligamus uerbo, et lingua, sed ope-  
re, & ueritate, & ibidem. Qui habuerit substantiam hu-  
ius mundi &c.

## QVOD BONVM EST.

**B**onum, & malū, annotante etiam **E**ras. hic nō ad per-  
sonam, sed ad rem sunt referenda, ut bonum candidū si-  
gnificet, malum autem sinistrum, & ipsam turpitudinē.

## PER FRATERNAM CHA.

**G**raece est: Philadelphia, quo uerbo, inquit, Philippus  
frequenter

10.5.

# philadelphid.

## IN EPISTOLAM AD ROMANOS

**Ro.  
12.**

frequenter utuntur Apostoli, pro studio, et amore Christi  
stianorū inter ipsos mutuo. Nunc personati quidā hypo-  
critæ ad se solum hoc nomen spectare uolunt, quod simili-  
bus plumis tegantur, contra Euangelicā, et apostolicā  
**Mat. 23.** doctrinā. Omnes, inquit, uos fratres esis. Sed sicut falso  
hoc nomē sibi usurpat, ita nihil minus habet inter se, quā  
affectionē fraternū, cum liuore, odio, uiolentia, inuidia, ob-  
trectationibus adeo sint pleni, ut nihil supra, ut uere de  
**2. Tim. 3.** eis prædixerit Paulus: Speciem quidem pietatis haben-  
tes, uirtutem autem eius abnegantes.

## **SPIRITU FERVENTES.**

**Spiritu feruentes sunt, qui motiones sp̄s Christi, nun-**  
**1. Tef. ul.** quam non, ad aliquod bonū agendum extimulancis, sed u-  
lo obseruant, monitaq; integre obeunt. Hinc & alibi. Spi-  
ritū, inquit, nolite extinguere. E contrario, qui internos  
illos motus negligunt te pidi dicuntur, quos solet dominus  
euomere, ut comminatur Apocalypses tertio.

## **TEMPORI SERVIEN.**

**Vetus interpretatio habet domino seruientes, quod cō-**  
mutatum ab aliquo putat Eras. **Quod tēpori seruientes**  
uidetur magis philosophicū esse quam apostolicum do-  
gma, & uafriciem sapere, & ob id Kēros, id est, tempus,  
in Kyrios, id est, dominus cōmutatū, trunq; satis conue-  
nit, Nam temporis seruimus, dum quicquid incōmodi pro-  
tempore inciderit, boni consulimus, spe promissa freti,  
Domino etiā seruientes satis consonat, cum toto capite  
in hil

AND. KNOP. INTERPRETATIO. **66**

nihil aliud optat, nisi ut uerū domini cultum depingat,

**S P E G A V D E N T E S.**

Captissime subiungit post seruitutē domini spem, Q̄es enim, qui uolunt pie uiuere, patiūtur persecutiōē. Pro 2. Tim. 3. inde monet propheta: Fili accedēs ad seruitutē dei, sta in timore, et iustitia, et prepara aīam tuā ad tentatiōē. Eccl. 2.

**P R E C A T I O N I I N S T A N T E S.**

Obseruabis ex hoc loco, ut Christiana oratio nō sit alligata, uel tempori, uel loco, uel personae, uel uerbis; sed solū respicit necessitatēm, ut nihil agant, qui certū genus hominum, ad certas precationes obligant, Solam necessitatē respicit oratio Christiana, qualibuscūq; uerbis facta, modo mentē, et affectū tuū aperueris, prima itaq; caussā oraturis esto, ut habeamus certā, & urgente causam, cur precemur, quales quotidie multas, ac nouas offert occasio. Sentis te incredulū, id quod nunquā non facis, ora cū Apostolis, ut dominuſ tibi adaugeat fidem, Postula autē nihil hēsitanſ in fide credeq; te exaudiendū ob nullam causam præter diuinam promissiōē. Amen, inquit, dico Ioan. 16.

uobis, Si quid petieritis patrē &c. Et petite & accipietis. Exaudiendū autem, quando deus uoluerit, qui est ad Luc. 11. iutor in opportunitatibus in tribulatiōē. Habe in oculis tuis proximum tuum quotidie delinquentem, & miserabilem hunc statum ecclesiæ, seruitute ægyptia duriorem, Sine intermissione, inquit, orate. 1. Teſſa. ult. & dominus, oportet semper orare. Quod nō ita accipiendū, ut psal-

I 2 mos, &

**R. 12.** IN EPISTOLAM PAVLI AD R.

mos, & preculas labiorum strcitu toto die recenset, id quod uerat Matth. 6. Orantes nolite multum loqui, sed fide affectu, & seruenti desyderio semper ad dei misericordia suspirandū. Quis enim uel in medijs occupationibus et laboribus nō potest dicere: Deus propitius esto &c. At hac oratione breui uerbis, prolixa spiritu, descēdit ille iustificatus in domū suam. Econtrario scribis & Matt. 23. phariseis, infinitas orationes multiplicantibus, horredū illud & dominus comminatur.

**IN NECESSI. SANCTORVM.**

**H**oc monitum uere apostolicū, quod unum cōmendas runt Paulo apostoli Hierosolymis, nempe ut pauperum memor esset quod & solicite, præstitit, Nostri personati Episcopi nō tantū nō faciūt, sed etiā faciētes ridēt, interim tēpla auro & metallo murita extrūetes, equos, satellites, & quid tandem non alentes, Tota sex papistica factionis inde lasciuit, & otiantur, unde pauperum inopia subuentum oportuit.

**HOSPITALITATEM SECTANTES.**

**H**ospitalitas, id est, comis & propensus erga aduersas, affectus, etiam inter uirtutes, quæ in Episcopo luce re debent connumeratur. 1. Timo. 3. Hebræ. 13.

**BENE LOQVAMINI.**

**G**raece est: Eulogite, quod uetus interpres benedicite transtulit. Nimirū ut ijs qui nos ob uerbum, & confessio nem eius insectantur, resipiscentiam precemur, quemadmodum

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

61

modum de Domino, ac Stephano legimus, nec diris deuo-  
ueamus a quibus sumus lesi, quemadmodum uulgaris facit  
iniuriam ulcisci non potens. **E**t et satis consona Eras.  
translatio, ut bene loquamur, id est, uerbis comibus, et  
enim eos erroris sui moneamus, ne durius exacerbati pe-  
tentes euadant. In hoc autem, et similibus monitis deficit  
lumen naturae, id est, ratio humana, quae ita sentit: Iudice  
me fralus est concessa recipere fraude, et tu quoq; fac si-  
milc et. Qui ergo nimium ei hic innititur, nec lumine gra-  
tie, id est, uerbum Euangelicum ei praefert, sciens omni-  
certitudine certius deum fallere non posse, nec iniusta  
optare, in densissimas labitur tenebras, et zelum sine sci-  
entia, ut iudicio carnis sue excruciatu lumen iudicet tene-  
bras, et sapientiam stulticiam, et econtrario. **P**roinde  
hic clico iudicio nostro, oportet sequi eum, qui ait:  
Ego sum lux mundi. Qui cum malediceretur non male- **I**oan. 8.  
dicebat. Per talē enim stulticiam crucis placuit deo sal- **1. Pct. 2.**  
bos facere credentes.

## GAVDETE CVM GAVDENTIBVS.

**C**hristiana charitas, quae omnia membra mutuo amore  
connectit, oīa facit communia, siue prospera, siue aduersa, **1. Cor. 12.**  
ut si unū patiatur, condoleant omnia, et si unum glorifi-  
cetur, congaudeat oīa, qui uere Christianus affectus, quē  
hic ex nobis desyderat Apostolus, in nobis sōpitus est,  
quē admodū de pīculosīs nostris temporib⁹ dñs p̄dixit. **Mat. 24.**  
**Q**uē abūdāte in iūitate refrigerescet charitas multorū.

I 3 Eodēns

**Ro. 12.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

**TIODEM ANIMO ALII.**

**A**c. 4. **H**unc affectum, quem hic depingit unitate spiritus ad Ephe. appellat, eam autem facit fides, **Q**uae facit unanimes habitare, in domo, ut habet psalmus. Et in acti: Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. Illa enim non ceremonijs, non opibus, non genere, non cruditione, non honoribus, non uestitu, aut esca, sed uno Christo metitur omnia, quem abunde scit sufficere ad iustitiam. Extra fidem aut oia sunt superstitiones, & rixosa quia sum cuique pulchrum, quem admodum in illis uersicoloribus est cernere quorum semper uult uideti alter altero melius, id est, superstitionis, & suum quisque ordinem sanctum id est. Stat. Si qui aut ex illis consentiat hic affectus carnis est, non spiritus, quippe qui ob rem externam fit.

**NON ARROGANTE R.**

**C**est hoc ad animi affectum refertur, Nam ubi aliquis de se, ac suis magnifice sentit, alios fastidiat necesse est. Pro inde uult ut uiles simus in oculis nostris.

**SED HVMILIBVS.**

**H**umiles hic dicit non modestos, sed humilis fortis homines, ueluti pauperes, ignobiles, indoctos, plebeios, quibus nos accommodamus, ubi suae quisque magnitudinis oblitus, descendit ad affectus inferiorum, id quod mira diligencia multis in locis inculcat Paulus, haud ignarus ex hoc fonte maximas uitae pestes scatere. **F**unc affectum si queras ab aliis, quorum haec inculcare uulgo intererat, ciuitatis

tius aquam ex pumice, aut sanguinem ex culice eliceas?

### NE SITIS ARROGANTES.

**G**raece est Phronimi, quod uetus interpres sapiētes redidit, non qui uere sapiant, sed qui parum modeste de se sentiat, melioresq; se putent, quā ut cuiq; cedant. Hinc et mox vindicta subiungitur, ad quā ita affecti sunt & propeſi. Tālē aīm dñs, similitudine pueri proposita, et lotio Math. 18. ne pedū ex discipulorū cordib⁹ euulſit. Discite, inquiēs, à me, quod mitis ſū &c. It. Reges gentiū dominātur ea= Ioan. 13. rū, nō ſic erit inter uos. Nō uult Christus ſuos agere prim Math. 11. eipes, neq; potestate exercere in ouiculas, ſua morte afſertas. Videāt proinde cuius uices agāt proceres nostri Luc. 22. iñfulati, nedū principis, id est, domini, & Episcopi, id est ministri, & dispensatoris munia prodigioſe commiſſet, 1. Cor. 4. neutrum horum bene prætent. Non enim agnoscet Chriſti ſuſſecſores Apoſtolorum, niſi miniftri, qui reges & principes eos eſſe uetuit.

### MALVM PRO MALO.

**I**dem præſcribit dominus: Ego dico uobis ne reſiſtatis Matth. 5. malo, ſed qui impegerit alapam in dextram tuam maxilam &c. Quo nihil aliud uult, quam ut animi & affecti bus ſimus tolcrantibus, & equalibusq; ut non tantū illatam iniuriā, aut conuiitū feramus. Id enim uocat Apoſtolus in faciem cedere, ſed & laturi ſi quid grauius inſeratur, 2. Cor. 11. nlioremq; habeamus iniuriā, quam ut propter illā cōmūne charitatis hinculū ſoluatur. Hoc aut̄ præcepto lex pu-

**Ro.  
12.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.**

niendi sones non prohibetur, hic enim de priuata cuiusq; iniuria agitur. Punitio autem solum ad magistratus spectat, qui gladium portant ad terrorem malorum, & laudem bonorum. Hinc & Petrus Ananiam puniuit, & Helias sacerdotes Baal occidit, & Prophetæ paſsim mala imprecantur populo ob impietatis crimen.

**PROVIDE PARANTES.**

**Matth. 5.** **S**ic dominus, Luceat lux uestra. Et sine offendiculo 1. **Thes. 5.** estote, & Iudæis & gentibus, & ecclesie dei. Et ab omni 1. **Tim. 5.** nispecie mala abstinet, & ad Timotheū nullam uult occasione dari aduersario.

**SI FIERI POTEST.**

**H**anc partem ad præcedentia refert, nam sequentia similiter habent suam, idem pollentem, quantum in uobis est, in utroq; autem ostendit rei difficultatem. Vnde enim nonnulli adeo peruersi iudicij, ut etiam honesta in parte sinistram torqueant, qui suo reprobo sensui sunt relinquenti, quemadmodum dominus ait de pharisæis: Sinite inquiens, illos, cæci sunt, & sunt qui oderunt pacem, ut Psal. 119. habet psalmus, qui gratis amicum ueritatis impugnant.

Proinde utrumq; adiecta particula mitigat.

**CARBONES IGNIS.**

**H**ebræo idiomate, annotante etiam Eras. dixit, quem admodum filius perditionis pro filio perdito, mammona iniquitatis pro iniquo. Vult enim apostolus ubi ac tāquā mortuum carbonem à uiuo inflammari, benefactis uideli

*etc*

AND. KNOP. INTERPRETATIO. 69.

*et etiam si inimicorum charitatis operibus inimicum, ut obru-  
tas beneficentia pudeat, confundatur & resipiscat, ac  
tandem ex inimico amicus euadat.*

UNE VINCARIS A MALO.

*Bonum & malum hic non ad personam, sed ad rem re-  
fruntur, ipsum uidelicet benefactum aut iniuriam. Pro-  
inde uincitur a malo, qui prouocatus iniuria non tempe-  
rat animo, sed ad retaliandam iniuriam adducitur. Vincit  
bono malum, quoniā malefacta benefactis recompen-  
sans, efficit inimicum resipiscere, dum sibi ipsi indigna-  
tur adeo & se errasse, quod nos leserit agnoscit ille. In  
his autem ac similibus, sanctissimis mandatis (ex quib[us] scholae mendacissime & impiissime consilianohis facere  
meretriceo fronte non erubuere) ratio deficit, iudicium  
carnis delirat, Proinde solius spiritus iudicio ac palato  
haec sapient, qui fide lumine gratiae Christum sequitur, qd'  
qui fecerit, non aberrabit a via, sed habebit lumen uitæ,  
etiam si millies stultus huius mundi sapientibus uidetur,  
Proinde captiuet in his ac similibus fides intellectum tu-  
um in obsequium Christi ne tuum iudicium sequens, in  
tenebras impingas, & da gloriam deo cum propheta di 2. Cor. 10.  
eens. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum, ne spe-  
ctes quæ uidetur, quia illa transiunt, sed quæ non uidet  
ur, eterna, Memento deum fidelem esse, et uita ab sqz  
quitate, iustum & rectum, ut ait in Deuteronomio Mo 2. Cor. 3.  
ses. Desige oculos mentis tue, in prefixum tibi pietatis*

I s ac mer

*no videtur / quia illa eterna sit.*

## **L. 13. IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.**

ac mercedis scopum Christum, ne desatigeris animo, qui  
cū malediceretur nō cōuiciabatur, neq; cōmūnabatur, sed  
tradebat iudicantē iuste, cuius uestigia quēq; pro uitribus  
sequi, & crucē nostram tollere oportet. Si enim compati-  
mūr & conregnabimus, ut alibi ait Apostolus.

### **CAPUT XIII.**

#### **MNIS ANIMA POTESTATIBVS**

*excellentibus &c.*

**R.** Dictu mirum, quām præsenserit & olficerit spiritus  
Christi abominationem desolationis extremum & maxi-  
mum orbis malū, se supra principes & reges adeoq; &  
imperatores erecturam, omnemq; principatum ac domi-  
**s. Pet. 2.** nationem (ut prædixit Petrus) contempturam, & ut Iu-  
das ait, maiestatem imperatoriam blasphematuram, cum  
omni factione & colluicie sua, idq; sub prætextu spiritua-  
lis uitæ, hoc est, hypocrisis. Neq; id sane mirum, cum etiā  
efferatur supra omne id quod deus dicitur aut colitur, ita  
ut in templo deise deat, ostentans se tanquā sit deus, ut  
eius impias constitiuendas uiolasse pluris sit, quām dei  
**Hier. 25.** optimū optima mandata. Diuine literæ magistratibus pa-  
**G. 27.** rendū docent, etiā tyrannis, modo contra pietatē nō præ-  
ceperint. Nam ob id & dominus Nabuchodonosor rege-  
Assyriorū suum seruū uocat. Et ipse dominus sub profes-  
sione Syriaca natus est, ut doceret regnū suū de hoc mun-  
do non esse. Quanquā proceres nostri Romanenses sub-  
illius ac apostolorum eius nomine ex abiectionis principe

## **Contra antichristianorum immitates.**

# Hinc modi tui oibus AND. KNOP. INTERPRETATIO. paradi.

AD

pes, ex pauperibus ditissimi furum & latronum more eva-  
serint insuper & principibus parentum, quæ admodum  
postea re docuit, soluens didrama. Et iterum: Reddite,  
inquiens, quæ sunt Cæsari Cæsari, & quæ sunt dei deo. Matt. 17.  
Docet hic idem Apostolus, ut persoluamus omnibus debita  
cui tributum tributum, cui uictigal uictigal. Docet idem ipse Math. 20  
se Parus (sub cuius nomine mysterium illud iniquitatis ipse  
se Satan commentus est) ut simus subiecti regi ac ducibus  
eius, regemque honoremus. Proinde uide lector, ex quo  
spiritu profecta sit immunitas illa, quam uocat clericorum,  
presertim dicente domino: Qui non est mecum, aduersum  
me est. Animam autem dicit totum hominem more scripturæ,  
ut Iacob descendit in Aegyptum in septuaginta animabus.  
Et in arca octo animæ seruatæ sunt. Sicut econtrario car-  
nic prototo homine, Rom. 3. & Gal. 2.

## TA DEO &c.

Sic enim loquitur diuina sapientia. Per me, inquiens  
reges regnant, & conditores legum iusta decernunt, Lucæ. 11.  
per me principes imperant & potentes decernunt iusti Gen. 46.  
tiam. Quibus autem status celsitudo cristas erigit, memu 1. Pet. 3.  
nerint quid alibi scriptum sit, iudicium durissimum in his Irou. 8.  
qui præsunt erit, exiguo concedetur misericordia, poten- Sapi. 6.  
tes uero potenter tormenta patientur.

## BENE AGENTIBVS.

Iusto enim lex non est posita, sed iniustis et peccatori-  
bus. Legum autem executores principes et magistratus,  
qui sunt

# Ro. 13. IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

qui sunt ad laudem bonorum, terrorem aut malorum. Si  
1. Tim. 1. cut enim feræ indomitæ ferro & catenis coercentur, ne  
graffentur, ne sequiant iuxta ferociam suam. Ita deus malos  
gladio ac legibus coercescit, ne impune ac libere male agat.  
Cicura aut animalia sua sponte sunt innocua, ita & spiritu  
Christi innouati, quorum uoluntas est in lege domini, & qui  
spiritu Christi habent ductorem & unctionem, gladio nihil  
opus habet, nisi ut externam pacem ob impios non amittant.  
Nam potestas nihil iuris in inoxios habet, sed fontes, quo-  
rum multa bonorum innocentia reddit illustriorem.

## DEI MINISTER EST.

Hic audiat, adeoque & contremiscat uerba Apostoli Ro-  
manus Antichristus, qui sibi præ ceteris hunc titulum un-  
surpans, nihil habet minus, cum & imperatoria celsitu-  
dinem, uix ad spurcissimorum pedum perpetua podagra  
dignorum oscula admittat, cumque deus per ministru agno-  
scit, execratur ac diris deuouet, ac benedit per arbitratu.

## MINISTER.

Iam dictum est, Nabuchodonosor dici seruum dei, quod  
Iudeorum sclera ultus sit, itidem sunt iudices & magis-  
tratus omnes, qui sinceri & iusti dei iudicij sunt spectra,  
qui laqueo uel aqua animaduertunt in fures, uel securi  
aut gladio in eos qui longe minora flagitia admittunt quod  
nos, ut ex illorum animaduersione discamus, quid nostris  
peccatis debeat, nisi misericordiam dei per Christum  
oblatam exosculati fuerimus. Neque enim mitiora nobis sper-  
rare

## AND. KNOP. INTERLRAETATIO. A

rare possumus malis illorum, qui maiora aut similia mala  
commisimus. Neminerint scortatores perinde contra dei  
præceptum se agore, atq; fures, ac ob id coram iusto iudi-  
dice deo, cuius manibus nemo potest eruere, non euasu-  
ros paenam etiamsi hominibus fuerint elapsi. Hinc domi-  
nus resipiscientiae nobis exemplum proponit eos, qui à Pi Luc.13.  
lato occidebantur. Et quos turris in Siloa corruens op-  
presit. Nisi, inquit, resipueritis, omnes simul peribitis.

## PROPTER CONSCIENTIAM.

Charitas obstringit ad omnia iura ciuilia obeienda, mo-  
do nō facrunt impia, q; illa ad externam et temporariam  
pacem & tranquillitatē tuendā faciant. Proinde qui non  
nulli magistratibus esse subditus, contra conscientiā agit.

## CREDITE IGITVR OMNI.

Obserua ut Apostolus eandem rem inculcat, iterū atq;  
iterum monendo repetens, de pendendis tributis & ue-  
tigalibus, et nihil tamē promouit, quim Idolū purpura-  
temeretricis secus discerneret, Nimirum satisfaciens ua-  
ticinio Daniēlis, quod prædixit illum mutaturum tempo Dani.8.  
ra & leges, & sermones contra excelsum locuturum,  
sanctosq; illius contritum.

## INEMINI QVICQVAM DEB.

Dispariam potest accipi. Primo ut sit, persolutis ijs que  
debetis, sola charitas nunq; persoluitur, sed etiam soluta  
debetur, ut nullus sit finis bene merendi, deinde, ut superi-  
ora ad ethnicos magistratus, quales tum erant, referātur,  
sequentia

## **Ro. 15.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

sequentia ad Christo candidatos, ut sit, pendenda in illis  
esse debita. At Christianus Christiano semper debet mu-  
tuum amorem, ut pacem habeamus cum omnibus, dilectis  
onem cum fratribus.

## **C**ONSUMMATIO LEGIS &c.

**C**olligit quæ predixerat, lex enī inuieris preceptis de-  
terret à ledēdo pximo, at qui Christiana charitate, quæ  
**1. Cor. 13.** nō querit suā sed aliorū, preditus est, nō tantū nō lēdit,  
uerum etiā de oībus & bonis et malis bene meretur. Pro-  
inde legi nō opib⁹, ut putat oparij, sed amore satisfit. ne-  
q; enī uult opib⁹ simulari ac fingi, sed affectu amari.

## **C**RESETIM.

**C**vim habet exaggerandi, ut sit, nunc præcipue præsta-  
da esse, quæ prescribit, cum Christus, sol iustitiae, adeo q;  
**Mal. 4.** & fulgor Euangelij illuxerit, qui nullas erroris ac uitio-  
rum tenebras patitur in eorū cordibus, quos semel occi-  
pauerit. Nulla enim communio luci cum tenebris, Hinc  
**2. Cor. 5.** Ephe. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domi-  
no, ut filij lucis ambulate, est cohortatio à tempore.

## **C**OMNO.

**C**ulchra similitudine adumbrat apostolus socrudem ui-  
tam nocti, Christo autem dignam diei, q; nocte non sit cu-  
ræ hominibus, quomodo uestiti incedant, at id exorto die  
maxime est ipsis curæ, itidem nos oportet facere, qui de-  
uitiorū tenebris uocati sumus in admirabile lumē domini.  
**C**alij putant ea metaphora legis et Euāgelij tēpus signifi-  
cari,

## AND. KNOP. INTERPRETATIO. A

eari, hoc diei, ob exortū nobis iustitiae sole Christi, omnē  
hōiem illuminatē, Illud aut̄ ob dei ignoratiā (Nā i Iudea 1. Pet. 2.)  
tantū not⁹ erat de⁹ adeoq; et peccatorū tenebras (quas  
lex idicabat qd & augebat, at nō auferebat) noctē dici,  
Neq; id sane citra scripturæ auctoritatē, Nā olim iā Esa =  
iā temp⁹, quo Euangeliū illuxit, diē salutis appellauit.  
Tēpore, inquiēs, accepto audiui te et ī die salutis adiuui  
te. Quod exponēs apostolus, Ecce īquit, nūc tēpus acce-  
ptabile, ecce nūc dies salutis. Similē locū exposuit ipse 2. Cor. 6.  
dominius Lu. 4. eiusdē. 16. It ad Tēss. Vos, inquit, fratres  
non estis in tenebris. 1. Tēss. 5.

## ICREDEBAMVS.

Credimus & nunc, at longe secus q̄ olim, Nā uenturā  
suo tēpore patres sperabāt salutē, at eā nūc per Christū  
cōpletā tenemus, cœpitq; iā in nobis salus, salutē, ut mor-  
te ac futura resurrectiōe cōpleatur. Hūc alibi, Saluos, iqt  
nos fecit plauacrū regeneratiōis. Et ipse dñs, Qui, iqt, Tit. 3:  
verbū meū audit, & credit ei q̄ misit me, habet uitā æter-  
nā, & trāsiuit à morte i uitā. Idcirco ppius p præsentius Ioan. 6.

## OPERA TENEbrarū. (est accipiendū.)

Nunc tandem aperit, quid uoluerit diei ac noctis alle-  
goria intelligi, nempe socordiam & innocentem uitam.  
Obseruabis autē, quo nam pacto eos, quos capite primo  
sanctos dixerit, nihil tamē secius ad pietatis opa cohoretur,  
ab operibus tenebrarū deterreat, nimirū q̄ tāquā  
Palmites quotidiana purgatione egeamus, & quod nos  
semper

## Ro. 13. IN EPISTOLAM AD ROMANOS

Semper renouari oporteat, quam diu in hac uita sumus,  
quæ perpetua quædam militia est. **P**roinde pietatis open-  
**I**ob. 7. **r**a arma uocat, nimurum quod aliter aduersario nostro  
**i**. Pet. 5. resistere non possumus, nisi talibus operibus occupati  
et instructi,

### COMMESSATIONIBVS.

**D**uplicia noctis opera recenset, quæ nos à dextris, id  
est, prosperis, et à sinistris, id est, aduersis impugnat.  
**D**extra sunt, commessatio et ebrietas, quæ duo neceſſa-  
rio comitantur cubilia, hoc est, inertiae et somnus ac lasci-  
uiae, id est, libidines, quod uenter et genitalia, ut ait Hie-  
rony. sibi sint uicina, ut ex uicinitate mēbrorū, cognoscā-  
mus uicinitatem uiciorum. **I**t iterum: Nunquam ego ebri-  
osum castum putabo. **P**roinde illis opponenda sunt ara-  
ma: Sobrietas, temperantia, iejunium, uigilie, castitas etc.  
**S**inistra sunt contentio et emulatio, hoc est, rixæ et in-  
uidiae et malorum retaliationes. **C**ōtra hæc oportet nos  
armatos esse et instructos, suauitate, pacientia, mansue-  
tudine. **D**iscimus etiam ex hoc Apostoli loco, q̄ apposu-  
te ferias suas hodie uulgus agat, quod cū ab honestis opū-  
ficij et laboribus manuarijs uel horrendo illo fulmine  
cessare mandatur, ad cōmessationes tamen et ebrietates  
mire connuent sancti in Christo patres. **N**ō uulgus con-  
potationibus et ingluie uincunt, in conditis interim cla-  
moribus, campanarum boabitibus, uestrum splendore, in  
hypocrisi pulcherrime indoctos ludentes.

Induannini

AND. KNOP. INTERPRETATIO.

A 5

INDVAMINI IESVM CHRISTI.

Christum omnes in baptismo induimus quemadmodū  
ait Galatis, quotquot in Christo baptisati estis, Christum Gal. 3.  
induistis. Scendum igitur, quod Christum in baptismo in=  
duere, est eum adeoq; & omnia illius, uitam, mortem, iu=  
stitiam, benedictionē, & quicquid est ille per fidem pro  
coelesti donario & hæreditaria iustitia acceptare, quod  
indumentū uestit & exornat adeoq; & pacificat afflictā Rom. 5.  
conscientiam, ut iustificatos ex fide nos cognoscentes, Isa. 9.  
pacem habeamus erga deum. Nobis omnibus datus est fi=  
lius dei, quemadmodum iam olim cum Abraham patre  
nostro pactus est testamentū suum, Ego, inquiens, sū pro=  
tector tuus, & merces tua magna nimis, & Zacharias, Luc. 1.  
Iusurandum quod iurauit ad Abraham patrē nostrum, Rom. 8.  
daturum se nobis. Et Ro. Quomodo non omnia cum illo  
nobis donauit? deinde eum quotidie in mortificatione ue=  
teris hominis induimus, dum in uitæ innocentia eum, qua  
sieri potest proprius experimur, quemadmodum Aposto=  
lus docet Ephe. Deponite &c. Et Col. 1. Induite uos. Po=Ephe. 4.  
steriorem induendi Christi modum omnes tradiderunt,  
at is sine priore ad salutem inefficax est, quod ex Iesu, id  
est, seruatore, Mosen, id est, legislatorem tantum faciat.  
Prior autem spiritu per fidem concepto, cor innouat, Ie=Hiere. 11.  
gemq; dei nobis in uiscera scribit, ut uoluntas nostra in=  
cipiat esse in lege domini, ac postea in charitatis opera  
eu uitis fœcunda, erumpamus.

K' Iuxta

**Ro.** IN EPISTOLAM AD ROMANOS  
**19.** IVXTA CONCUPISCEN.

**G**vetat hic nimium carnis educandæ lasciviam, quemadmodum et alibi immodicam eius castigationem. Proinde curanda est uictu et anictu caro, ut uiuere et opera possit, ne nimia castigatione obruta deficiat, et ad opera langueat. At non ita lasciviat, sed ut affectus eius benevolentie premantur, Sicut ait Apostolus: Castigo corpus meum, et seruituti ait, non a gritudini subiacio. Proinde modum hic, sicut in omnibus obseruabis, quod spiritus fidei docet, ignorat autem iustitia carnis et cetera.

**CAPUT XIII.**

**H**oc caput agit de medijs, id est, quae siue obserueris, nihil deo gratum feceris, siue minus, non peccaveris, qualia sunt uesci quibuslibet, aut non uesci, discernere inter dies et non discernere. Itemque omnia externa, quorum omnium optimar regula est fides et charitas, ut illa interdum seruemus, non quod ad iustitiam faciant, sed ne supersticiosulos offendamus, et linum sumigans non extinguamus, quemadmodum Paulus factus est Iudeus Iudæus, dum caluitum induxit apud Evangelicæ libertatis ignoratos, ut illos Christo lucifaceret, et Timothicum circumcidit. Qui urgentibus etiam Iudeis, Titum nolunt ibidem, ita circuncidi, quod ibi cerneret fidei periculum imminere. Galatianos autem hominum genera reprehendit. Primum eos qui se non attemperant infirmis. Deinde iudicantes superstitiose de aliena libertate.

Infirmus

## I INFIRMVS EST.

**I** apostolus escarum delectum non ad carnis castigationē sed ad sanctimoniam augendā factum, infirmitati fidei tribuit. Proinde qui suis inceptis traditiunculis quibuslibet uescendum esse prohibuerunt, quicq; id tanquam deo gratum uouerunt, fidem non habere, sed hypocritas esse & demonum impostura seductos consequitur, quemadmodum ait. 1. Timot. 3. Vide igitur quid suis stultis decreatis pontifices sanxerint, nempe ut ex re media rixas, contentiones, suspitiones, & execrationes, ceterasq; Christi = ane charitatis pestes elicerent. Nam carnibus diebus certis uesci facinus plus est quā hēreticū cōtra Euangeliā & apostolicā doctrinā, offendiculū tñ semp cauendū memineris, ne rē p se mediā malū comitetur, alioq; qui uescēdo & nō uescēdo cōscientiā onerāt, Christū ipiſſime mēdace facere conātur dicente: Nihil in os introies coquinare. Nec est qd' hēc de Iudeis dicta torqueamus, cū illi ex dei præcepto abstinuerint certis ciboru generibus. Paulus aut̄ ex doctrina dæmoniorū id futurū dicit. 1. Tim 4.

## C H O L E R I B V S V E S C I T V R.

C obseruabis hic ut suo iudicio paulisper relinquendi sine superstitioni, ne dū grauius aut offendūtur aut arguatur, deteriores fiant, usq; dū paulatim crebra monitione magis quā illa cōmestionis libertate, fide augescat. Verū interim superstitionis consultū uelim qui, sibi ex errore iusticiam et bonū opus somniant, et fide robustior-

**Ro.**  
**19.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.**

res interim præse condemnant, contra apostolicam & Euangelicam doctrinam, quæ uerat de medijs iudicandis & condemnandis, nisi nostro iudicio condemnari non timeamus. Quamuis autem hic apostolus, de superstitione escarum loquatur, quæ ex Iudeis orta erat, qui certos cibos mundos, certos immundos & comunes habebant, tamen nō minus apte hodie hæc ad nos pertinent, qui plorū iudaice per stultas pontificum somniculosorum traditiones sumus irretiti, quos in libertatem uocauit Christus.

**¶ TV QVIS E.S.**

**M**ath.18. **¶ Agit nunc** Apostolus contra superstitiones, qui si de robustis temerario iudicio cōdemnabant, quorū robur illis potius fuisse imitandum, quemadmodum sub finem cap. eos monet, qui sua firmitate abutentes, infirmis scandalo esse non timebant, quod tantopere cauendum uoluit dominus.

**¶ VNICVIQVE.**

**C**ensus est: Quisq; de conscientia sua certus sit, ne cū illa fluctuare cœperit contra eam agat, hoc etenim faciens peccat etiam in re, quæ per se peccatum nō est, quia quicquid non est ex fide &c.

**¶ QVI CVRAT DIEM.**

**I**udeis certi dies prophani, certi sancti habebantur, Christianis autem quilibet dies sanctus est, dum sanctificatur, & sanctis & honestis studijs, laboribus, & meditacionibus,

AS De festis  
AND. KNOP. INTERPRETATIO. diebus.

lationibus, transigitur. Iam cum deus opera nō iuxta ma-  
gnitudinem & pluralitatem, sed iuxta fidem metiatur,  
ut ille ei probetur non qui plura & maiora fecerit, sed  
qui maiori fide & charitate, qui iam firmus est fide, om-  
ni certitudine certior est se fauentem habere deū in om-  
nibus, propitium in bonis, ignoscentem in malis, nō po-  
test non ferias agere & bona operari, non tantum oran-  
do, legendo, scribendo, meditando, uerbum audiendo,  
eleemosynis uacando, sed & comedendo, bibendo, dor-  
miendo, deambulādo, & omnia humanæ necessitatis ope-  
ra faciendo. Semper enim benefacit qui credit, quiq; ipse  
per eam fidem bonus ita factus est, scitq; in omnibus se  
deum fauentem habere. Hinc dominus: Maneo, inquit, in **Ioan. 8.**  
dilectione patris mei, quia quæ placita sunt ei, facio sem-  
per, **M**anducans interim, bibens, dormiens, ac omnia hu- **Roma. 8.**  
manæ fragilitatis munia obiens. Ad eundem modum, tota **Gal. 4.**  
Christianorum omnium uita, placet deo, quippe qui co-  
heredes Christi, adeoq; & fratres eius sint. Hinc prophē-  
ta: In omni opere crede ex fide animæ tuæ. Hæc est enim **Eccle. 33**  
obseruatio mandatorum dei. **E**t idem: **V**ade, comedere in  
leticia panem tuum, & bibe bono corde uinum tuū, quia  
placent deo operatua q.d. Esto semper alaci animo sci-  
ens omni certitudine certius, quod quicquid feceris, tale  
est coram deo, qualia dilecti filij opera coram patre. **Iu. 11** **Malat. 3.**  
xta illud: Parcam eis &c. **P**roinde nihil est quod distrim-  
gamur, quibus rebus nos feriatis diebus deditos esse opor-

K 3 teat.

**Ro.  
18.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD R.O.**

**Mar. 2.** teat. Dies nobis seruiunt, nec econtrario, sicut dominus  
ait: Sabbatū factū est propter hominē, non homo propter  
sabbatū. Itaq; dominus est filius hominis etiā sabbati. Et  
**Colos. 2.** Paulus: Nemo uos iudicet in esca & potu &c. Instituti  
sunt à patribus dies festi, quo plebs studiosius ad audiē-  
dū uerbū domini cōueniret, nunc cū tantū commissatio-  
nibus & ebrietatib⁹ transigatur, & opa manuaria tantū  
intermittantur, satius eſt pauciores esse dies feriatis, cū  
ecotrario qđuslibet ex causis ferias nūc ferijs accumulem⁹

**Q VI VESCITVR.**

**T**sensus est: Christus dominatur tum edentium tum non  
edentium, ergo illi soli relinquendum est iudicium, cui  
omnes sumus curæ siue uiui siue defuncti. Nam ille uiuo-  
rum dominus est & dormientium.

**SIBI IPSIS.**

**T**sicut emptiij iuris sui nō sunt sed heri, ita & Christis  
ani, in eius sumus manu qđ seipsū pro nobis seruandis im-  
pendit, quemadmodū ait Petrus: Si c̄tētes, inquiens, quod  
**1. Pet. 1.** nō corruptibilis auro & argento redempti estis &c.  
Et: Impti estis precio, nolite fieri servi hominum. Stul-  
**1. Cor. 7.** te ergo agunt qui nouis uotis & traditionibus se man-  
cipant, **T**um quod in libertatem uocati sunt ne deinceps  
traditionibus seruant ex necessitate, **D**einde quod in re-  
demptoris sunt manu & non sui ipsorum iuris.

**STATVMVR.**

**T**deterreret iudicio diuino à temeritate iudiciorū nostrorū

## AND. KNOP. INTRRLRETATIO. **A6**

rum, presertim in reb⁹ leuiculis et medijs, Simile. 2. Cor. 5.

### **C**NIHIL ESSE COMMUNE.

Communes cibos appellabant Iudæi impuros, quibus uesci non licebat, Christianis, quoniam cohæredes sunt Christi, cuius est terra & plenitudo eius, nihil est impurum, sed omnia pura puris. Hinc dominus ad Petru: **Quod Tit. 1.** deus purificauit tu commune ne dixeris.

### **S**ECUNDVM CHARITATEM.

Hoc enim faciens pluris cibū facis quā fratris salutem. **Act. 16.**

Nō enī licet hic ergo uti iure tuo, si periculū fratris agitur.

Quia charitas nō querit quæ sua sūt, sed quæ aliorū, **1. Cor. 13.**

### **C**NE VESTRVM IGITVR BONVM.

Sensus est: Ne cōmittatis ut gētes iudicēt uos de rebus leuibus disceptantes, aut ut ob uestram libertatem pereant infirmi,

### **C**IVSTITIA.

Hec sunt spūsancti in cordibus credentiu opera, quæ ipsi intrinsecus sentiūt, phibentis illis testimoniu qd' sint **Rom. 8.** filij dei & cohæredes Christi, iuxta illud Esaiæ: **Hoc fœdus meū cum eis dicit dominus, spūs meus qui est in te,** Et **Esa. 59.** uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedēt de ore tuo, neq; de ore seminis tui usq; in sempiternū. Hinc et supra iam dictū est. Si quis spīritū Christi &c. **Gaudiū autē ait in spū sancto, ne ut solitu est fieri degeneremus in lcuitem,** et in effusam quiduis dicendi & faciendi licentia, **Rom. 8.** illud enim gaudium mundi est & carnis.

**Ro. I.** IN EPISTOLAM PAVLI AD RO.

**15.** OFFENDICVLVM.

**C**is alibi, si esca scandalizat fratrem tuum &c.

**P**ORRO QVICQVID NON EX FIDE  
FIDES. PECCATVM EST.

**H**ec sententia est generalis de omnibus operibus sine fide factis. Proinde caue hic à glossulis ficticijs, Nā quicquid nō credimus placere deo, freti nō merito nostro, sed bonitate & misericordia eius p Christū, illud peccatum est. Fiducia enim in dei misericordiam, cor primū pacificat. Alioqui quoad nō credimus, nō est in corde nostro sensus misericordiae, Vbi aut̄ is nō est, ibi aut contemptus est aut odiū. Quare quicquid citra fidem agitur, peccatum est, sic enim cogitamus. Ego quidē quod potui, feci, sed nescio an probet opera mea deus an improbet. Ea cogitatione qui fieri potest ne irascamur intus dei iudicio? Proinde conscientia sanæ fidei est, promissiōni diuinæ, qua credimus bonitate eius freti, nostra illi placere inconcusſa fide adhærere, sicut & Christus quæ placita erant patri faciebat semper. Contra quā fidē, qui nō credit sua deo placere aut dubitat an placeat, illi peccatum

**I**oan. 8. **E**st etiā res per se nō mala, quemadmodū econtrario credenti omnia coadiumentosunt in bonum.

**C A P V T X V.**

**E**RANT ROMANI CHISTVM PRO feſi ex duobus populis cōmixti Iudeis, ſcilicet & gentibus. Iudei ex legis præcripto & inolite cōſuetudinib[us] uſu

## AND. KNOP. INTERPRETATIO.

AA

uis usū nō poterāt uesci qbuslibet citra offendiculū cōsci-  
entiæ, nec tā subito mutare & omittere legis ceremonias :  
quāvis iam antiquatas, hos tolerandos docet à fide robu-  
stioribus, donec & ipsi assurgant in uirū pfectū. Id quod  
& hodie sūmopere cauere oportet, cū per leges pontifi-  
cias pluribus cæremonijs grauati simus, q̄ esse possunt ulli  
Iudei. Infirmi etiā sunt morosi, difficiles, amarulēti, pro-  
tates, ac quous uitio incōmodi, quos deus in populo suo  
tolerat, ut habeāt pīj suæ charitatis materiā exercitādo,  
bitanquā pueri ætate maturis sunt tolerādi, nisi infirmi-  
tate nostrā & ipsi impaciētia prodere uolumus. Simili-  
ter ad Galatas. Fratres &c. Itē alter alterius onera, id est Cap. 6.  
mores difficiles portate. Nō enī oportet placere nobis  
de fratribus infirmitate, sicut pharisæus de publicani ac cæ-  
terorū mortaliū sibi placuit, Sed opus suū quisq; probet,  
& tūc in se metipso gloriatiōne & non in altero.

## C E T E N I M C H R I S T V S.

Phylauti

**P**vt nos à pestilētissimo Phylautias uitio expediat, non  
euiusuis, sed ipsius nobis Christi exemplū pponit. Nā Phy-  
lauti dicūtur, q̄ sibi plurimū tribuūt, de se suisq; sublimia  
sentiūt, suisq; tandem cōpēdijs seruiūt, à qb9 oībus Christi  
lōgissime absuit, qui se totū nobis impendit, qd' eius ex-  
pli nos facere uult Apostolus argumēto à maiori ad mis-  
nusumpto. Nō enī opprobauit nobis peccata nostra, nec  
re in se habuit, sed demisit suā celsitudinē ad infirmitatē

K s nostram,

**Ro.  
15.**

**IN EPISTOLAM PAVLI AD RO**

nostram, quemadmodū gallina pullis, ut nos ad se imitan-  
dū puocaret. **I**mo peccata nostra expianda in se recepit  
tantū abest ut p̄tōres fastidierit, qđ s̄t & ipsi fecerimus  
nullū p̄tōrē aspernabimur, sed oēs dulciter tolerabim⁹

**C**NAM Q VECVNQVE.

**T**Occupatio est cōtra dicentem, hæc nō de nobis, sed de  
Christo esse scripta, quā diluit dicens: oīa nostri crudis-  
endi, non Christi nihil nō pr̄scientis scripta esse. **S**i au-  
tem scriptura est doctrina nostra, quid eam in humanis  
lacunis quærimus, quā ex fontibus haurire oportet?

**P**ER PATIENTIAM.

**V**niversa scriptura crucē, id est, carnis mortificationem  
docet. **P**roinde ne deficiam⁹ sed, p̄pugnatore deo freti, sc̄-  
p̄ fortiores euadam⁹, crebra cōsolatiōe op⁹ est, quā nihil  
efficaci⁹ ministrat, quā illa ipsa q̄ ad patiētiā cohortatur.

**D**EVS AVTEM.

**C**Ne nostris conatib⁹ putaremus parare nobis posse pa-  
tientiā, subiūgit, cuius ea donū sit, nēpe dei, et qđ preca-  
tione sit ab eo ipetrāda sua oratiōe cōmōstrat, at sit sūia.  
Docet qđē scripture patientiā, at sola dei grā eā cōfert.

**S**ENTIRE.

**C**Optat ut firmi nō suis cōmodis, sed imbecillū moueā-  
tur, nō minus quā sibi uellent fieri si in illorū imp̄fectione  
**Ephe. 5.** essent, **T**aliq; erga illos sint affectu, id est, dulci et cōsolatiō-  
tiois & toleratiōe pleno, qualē sibi si tales essent, uelint  
pr̄stari, huiusmodi aut affectū unitatē sp̄us uocat, sicut  
ceteri

Exteri in rebus carnis et mundi cōsentīunt & afficiuntur.

### VNO ORE.

**S**ensus est: Dei si firmos pinde ac firmos vocavit, Nec propter haec soluendā Christianā charitatē & fidē donec cōueniat inter utrosq;. Proinde uos eandē grām utrisq; pariter impertitā cognoscētes, unanimi affectu grās agi= te deo, nec prætextibus rerū externarū in diuersos affe-

### CASSV MITE.

**S**ensus est: Eo affectu proximorū onera tolerate, quo Christus nostratulit. Sicut enī ille p dei gloria, id est, qd' ita deo uisū sit, pclōrum nostrorū in se recepit, ita et nos proximorū onera pro gloria dei suscipere oportet.

### ILLVDANT.

**E**xponit sc ipsū Apostolus quare nos mutuo suscipe= re debeamus quotquot Christū agnouimus, siue Iudæi, si= ue gētes, Nēpe qd' is cōmunis sit oīm, Iudeis ex promissi= one quēadmodū et capi. 3. ait, q credita sunt illis eloquia dei, It ca. 9. quod illorū est legislatio, gentibus aut ex mi= sericordia, quibus licet nihil erat pmissum, prædictū tamē erat per pphetarū oracula dei misericordiā illas lauda= tur as. Proinde miro artificio utrosq; sibi conciliat.

### PER POTENTIAM.

**C**um in mundo pressurā habemus, solatur nos Chri= **E**saiae. 11. sti spūs per internam pacē, ut omnium afflictionū euada. **G**a. 4. mus victores, hinc & spiritus fortitudinis dicitur. It po= **L**uc. ult. tentia dei, quo induendi erant Apostoli, In acti. Repleti **I**oan. 15. sunt

**Ro. 15.**

**IN EPISTOLAM AD ROMANOS**

**S**unt spiritu sancto, & loquebatur uerba dei cum fiducia,  
Alioqui sine eo impares sumus pressuris, quae nos in mundo manent.

**C** PERSVASM.

**C**sensus est. Licet enim uobis literis meis nihil opus sit,  
quippe q̄ iam in pietate Euangelica progrediamini, tam  
men urget me ministerium à deo mihi per gratiam credi-  
tum, ut & uos & omnes moneam ac doceam.

**C** QVOD GLORIER.

**C**sensus est, habeo iustam gloriandi occasionem in his  
quae ad deum spectant, q̄ sim rebus tantum diuinis occu-  
patus, ac uerbo domini dispensando inferuam.

**C** PER POTENTIAM.

**C** De potentia miraculorū per Paulum factorū. Acto. 19.

**C** ILIRICVM.

**C** Iliricum seu Iliria regio est Epiri, Italiæ propinquæ,  
contermina mari adriatico, qui sinus est Venetiarum,

**C** SVPER ALIENAM.

**C** Fundamentum præconibus Euangelicis iaciendum et  
supra quod dei ædificationem & agriculturam, id est, ecclesiā fundent ac tuti doceant Christus est, quē qui nō in-  
culcauerit (iuxta illud, ut testimonium perhiberet de lu-  
mine. **A**ct. 1 Et iterum, eritis mihi testes in Hierusalem) et ita in-  
culcauit ut seruatorem non legislatore doceat, non agit  
sincerum præconem eius, quemadmodū iam tum exorie-  
bantur pseudapostoli qui uentris gratia territabant &  
onerabant

AND. KNOP. INTERPRETATIO. Aq

operabant dei populum in libertatem spiritus uocatum,  
legi iugo importabili. Mosen Christo miscentes, idem Act. 15.  
faciunt hodie personati spermologi sal insulsum reddentes,  
Id est, Evangelice doctrinæ energiam humanis traditionibus & artibus uitiantes, ut sit unum quo sananda  
erant mentis uulnera mixtum aqua iuxta Esaiam. Proin- Esa. 1.  
de Paulus, ut sincere Christum mentibus hominum inse-  
reret, his in locis eum prædicauit, in quibus ille incogni-  
tus erat. Minus enim negotij est rudem docere plebem,  
quam perperum doctum ad ueritatem sinceram reuoca-  
re, quod semel imbibita siue prava siue recta difficiliter  
dediscamus.

**TUI S V M E S T.**

Obserua quam uere cude alliciat eos ad imitandā Græ-  
corum in subleuandis sanctis munificentiam, & ut nihil  
aut tyrannide, aut astu extorqueant, ut à Romanis nebu-  
lonibus solitu est fieri. Factum autē est id famis tempore  
sub Claudio incidentis, cuius meminit Lucas. Act. 11.

**SECONDO.**

Jesus est, Scio quod uero bono uenturus sim, & quod pro-  
mouebitis in cognitionem Christi.

**CAPVT XVI.**

**N**on quisnum hoc caput salutationibus est plenum  
sed his inserit pulcherrimam de traditionibus hu-  
manis

**Ro. 16.** IN EPISTOLAM PAVLI AD R.O.  
manis doctrinam, quæ iuxta euangelicam traduntur do-  
ctrinam, pariuntq; offendicula, perinde atq; iam tum sen-  
sisset per Roman ac Romanos uenturas impias sectas,  
totamq; laruum humanarum constitutiuncularum que  
hodie totum mundum cum hac epistola fide et spiritu ple-  
na submerserunt et extinxerunt, ut nihil sit reliquum, nè  
si deus uenter, cuius ministros uituperat hic Paulus.

**ECCLESIAE Cenchreensis.**

Cenchree portus est Corinthiensis.

**SALVATATE PRISCA M.**

**A**ctor. 8. **O**rigenes putat Priscam eandem esse, quam Lucas in  
Actis Priscillam uocat, cuius maritus erat Aquila Ponti-  
cus genere Iudeus natione, cum Paulo eiusdem artificij,  
nempe tabernaculorum conficiendorum, et ut idem Ori-  
genes interpretatur, sutor. Potuit enim fieri ut cessante  
sæuitia Claudiani edicti, quo ille omnes Iudeos Roma ex-  
egit, iterum relicto Corintho Romanam redierit.

**OBSECRO AVTEM.**

**H**ec uerba non possunt nisi de his intelligi, qui iuxta  
doctrinam Christianam uelut meliora docent. Non enim  
ait, **Q**ui negant doctrinam, sed q; iuxta eam & aliam do-  
cent, quales sunt monachorum sectæ, qui dissidia semi-  
nant & uentre querunt. Dulces uero sermones, parti-  
cipationes bonorum operum sunt, fraternitatum, missa-  
rum, rosariorum, uotiuorum, memoriarum, & cetera  
per que seducunt corda indocte multitudinis. Ab omni-  
bus ergo

AND. KNOP. PRAELECTIO.

80.

bus ergo operum buccinatoribus & uenitoribus eauen-  
dum monet, quod hi non nos sed nostra querant. 2. Co. 12.

**E**I AVTEM. &c.

**C**oronis est, id est, adiectio uel additio, primo =  
re Apostolihuius epistolæ. \*

**F** I N I S.

**XCV** DEBATVR  
ANNO DOMINI  
M. D. XXIIII.



10531A2

10531A2

2 1 3 1 2

БУЛГАРІЯ  
Софія  
Денвер

